Prouidentes statuimus, et ordinamus, qd in omnibus questionibus ciuilibus in quibus lex noua nõ uendicat sibi locum, et in quibus nõ uertitur questio, status, uel partus suppositi uel de Patria potẽ uertentibus, et quæ in futurum uerterentur in Curĩa Comis Eug.i teneatur Potas, et eius Curia ac etiam alij officiales Comis procedere. Et eas, et eam quamlibz terminare ordine infrascripto. Vz qd porrecta petitione, uel exposita facti narratione in ~~scriptis~~ scriptis corã potestate, uel Iudice teneatur pars conuenta citata p cedulam, uel eius procurr in ~~quar~~ tertiam diem respondere petitioni, ~~non~~ obstantibus quibuscunq̃ exceptionibus delatorijs declinatorijs perentorijs anomalis, uel litis pendentis ac et petition Consilij sapientis quæ reseruatæ ueniant Discutiendæ tpr̃e diffinitione sententiæ. Et facta responsione si tota petitio, uel pars negata fuerit teneatur Iudex statuere partibus term. ad probandum de Iure com̃ otto, ut x dierũ prout Iudici uidebr̃, et eo de curso det ~~secundũ~~ ter.m ~~quartũ~~ dierũ uel plurimi prout Iudici uidebitur, quo decurso si Iudici uidebr̃. det tertm. term x dierũ, uel plurm.

Pars conuenta tenetur inf. 3am diem respondere

Exceptiones c. petition conuentis sub discutiendæ tpr̃e diffinitiue sententiæ

Termini ad probandum

14

vel probationes fieri oporteret extra d.as Civitatem comitatus et districtum Eug.

plurium prout Iudici videbitur, recipiendi testes absentes a Civitate Comitatus et districtu Eug. quibus terminis decursis Iudex publicet processum et statuat terminum partibus usque dierum ad opponendum, et probanda contra testes et dicta, et iura producta, et eo termino elapso Iudex teneatur infra quintam diem dare sententiam absolutoriam, et condemnatoriam prout acta requirunt. Possit tamen Iudices et officiales dicti Comunis dictos terminos prorogare seu dierum utilium statuere si, et quando forte occurrerent quare probationes fieri non possent, et si eisdem Iudicibus, et officialibus videretur convenire. Et predicta locum habeant ubi pars conventa fuerit presens videlicet in Civitate Comitatus et districtu Eug. et maior 25 annis. Ubi vero pars conventa sit minor, et habeat tutorem, vel curatorem procedatur ut supra. Si vero pars conventa esset absens a Civitate, vel comitatus Eug. expectetur x diebus, quibus decursis si non venerit ad respondendum per se, vel per procuratorem detur tenuta de bonis conventi quantitate in petitione contenta. Et idem servetur si pars conventa fuerit presens et infra terminum trium dierum non respondiderit petitioni ut superius continetur. Quas tenutas non possit pars conventa recuperare nisi solverit expensas per Iudicem declarandas. Et nihilominus in quolibet casuum predictorum per iudicem procedatur in eam ad probandum, et sententiandum ordine supradicto non obstante quod non fuerit responsum petitioni, vel quod pars fuerit absens à Civitate, et Comitatus Eug. Ubi vero pars aliqua in causa faciat positiones, teneatur pars contra quam facte sunt positiones per se, vel per procuratorem respondere positionibus prout Iudici videbitur non obstante petitione consilij sapientis, vel alia quacunque causa. Et si responsum non fuerit positionibus postquam Iudex mandaverit inter tertiam diem auctoritate presentis legis habeantur pro confessatis.

Lata vero diffinitiva sententia liceat partibus appellare in quintam diem. Et appellatione Iudex appellationis quibuscumque exceptionibus, et petitionibus consilij non obstantibus Audiet decidet, et terminet infra mense a die appellationis interposite cum consilio unius Iudicis de collegio Iudicum Civitatis Eug. neutri partium suspecti. Et qui habuerit duas sententias diffinitivas contra se volens appellare non audiatur. Et si Iudices causas predictas non expedierint in tempore predicto puniatur per sindicum Comunis Eugubij tempore eorum sindicatus pro quolibet eorum, et qualibet vice qua fuerit contrafactum in centum sol. Quas condemnationes potestas qui pro tempore erit teneatur solvere de suo salario. Et quilibet possit dictos Iudices et officiales contrafacientes accusare, et denuntiare, et credatur sacramento accusatoris cum alijs probationibus legitimis. Postquam vero confirmata fuerit sententia prima per Iudicem appellationum mandetur executioni dicta sententia per dictum Iudicem vel alios officiales potestatis, vel Comunis predicti realiter, et personaliter infra XV dies ad voluntatem obtinentis sententiam. Et predicta non preiudicent nec intelligantur in causis x l. et infra in causis mercedum laborum in quibus serventur statuta loquentia de predictis. Nec intelligatur per predicta in aliquo

Et quod exceptiones possint opponi post sententias et in executione sententie vide Aret. Inst. de except. § appellant.

Marginalia:

A° Arg. quod dies dati per terminum intelligantur dies currentes non utiles.

publicatio processus.

Quando pars conventa est minor 25 annis.

Si conventus esset absens vel ut supra.

Modus reficiendi expensas per contumaces.

de positionibus.

Appellandum est infra v. diem.

e Vid. gl. in ver. opponi. in cap. 1. de restit. spol. in 6.o et Franc. in tract. de appell. in c. ut debite in prin. et gl. in ver. sinerit. c. concertationi de app. in 6.o

A duabus sententijs conformibus non appellatur.

Pena Iudicis non expedientis causas

Executio sententie fit infra 15 dies sententie confirmate ad petitionem obtinentis sententias

In causis mercedum.

Nota quoad compromissa.

d. an gravamen contra quam petit. executio sententie sit citanda. vide Bap. in for. execut. sent. in § fi. Aret. Inst. de act. § quadruplici. vers. 19. ver. quero an aliquis sit citandus. Franc. in tract. de app. c. ut debite col. 43. 2 seq. circ. med. et fin.

Et not. quod in petitione executionis sententie debet deduci ipsa sententia et totus processus. Bal. in l. si C. de ord. cognit. et Alex. in l. aliud. Lesse § qui app. sit.

15

ere derogatum statuto quod loquitur de compromissis fiendis inter consanguineos coniunctos et affines quod statutu obseruetur ut iacet et predicta non intelligantur nec locum habeant in non subiectis Iurisdictioni Comis Eugubij conuenire non possint in seculari curia Comis Eugubij. Sed seruentur pro eis statuta, que de ipsis loquuntur. Hoc semper intellecto quod uictus Victorij condennetur in expensis, si et inquantum Iudici uidebitur. Et predicta omnia etiam gula habeant locum in causis, et molestijs presentibus, et pendentibus, et futuris, in quibus hoc presens statutum, uel ordinamentum uendicat sibi locum aliquo statuto, reformatione, uel ordinamento in contrarium loquentibus non obstantibus. teneatur etiam potas ad poenam V. librarum Mandare exequtioni iusta in quibus lex noua uendicat sibi locum, secundum formam statuti. Declarantes insuper dictas leges haberi pro statuto populi sub rubrica, que intitulatur lex noua sanctis.

pro non subiectis non habeant predicta.

Victus uictori condennatur in expensis.

Pena iudicis non mandantis execcutioni instrumenta, in quibus lex noua uendicat sibi locum.

Addentes, et declarantes, quod predicta nullo modo intelligatur pro non subiectis Iurisdictioni Comis Eug. contra subiectos Iurisdictioni Comis predicti, et quod potas teneatur mandare exequtioni Instrumenta in quibus habet locum lex noua secundum formam dicte legis noue. Et potas teneatur facere iurare aduocatos, et procuratores dicte Ciuitatis obseruare presens statutum uel ordinamentum ad poena XXV librarum ipso potas negligens fuerit in predictis.

Aduocati, et procuratores debent iurare.

Insuper cum dicatur, quod per dictum statutum, uel ordinamentum quelibet causa, et questio ciuilis debeat terminari in XL. dies, infra quos probationes necessarie in causis, et questionibus Ciuilibus multotiens fieri non possunt per malitiam, et subterfugiam litigantium per quae dictum statutum seu lex seculare uidetur Iudannum, et preiudicium actorum debentium aliquid recipere a debitoribus suis et in fauorem reorum debentium eis aliquid dare, quod est contrarium rationi, et equitati. Ideo declaramus statuentes, quod dicta lege in suo statu durante, preterquam quo ad infrascriptam, quod limatis domum presentibus litigantium ad hoc ut possit, sine litigatores per defectum terminorum, et dilationum, ex malitia aduersarij uel alia causa, non possint perdere iura sua, quod quilibet Iudex, qui de aliqua ciuili causa, uel questione cognoscere possit terminos, et dilationes, quas in questione, uel causa per eum dare contingerit dare, et statuere longos, et breues unum et plures, et ipsos terminos, et dilationes prorogare, et etiam abbreuiare, sicut et quotiens, et prout eidem uidebitur et negotij qualitas suadebit. non obstante quod certe dilationes dande per Iudicem sunt limitate, et cassate in statuto seu lege predicta. Et procedat quilibet Iudex, in ciuilibus causis, et questionibus, que coram eo uertuntur, uel uertezentur imposterum ad expeditionem, et terminationem dictarum causarum et questionum secundum formam legis predicte, non obstantibus aliquibus exceptionibus dilatorijs uel perentorijs seu quibuscumque alijs in dicto ordinamento, seu lege contentis. Illis uidelicet que maliciose, uel calumniose Iudici uidentur ad hoc, ut dicti termini, et dilationes excedere non possent tres menses.

Legitimatis personis quo ad agendum.

Iudex in causis ciuilibus potest dare terminos longos, et breues ut sibi libet.

Non obstant maliciose exceptiones.

Termini et dilationes.

De cum dilationum uide Bar. in l. 77. et Aret. inst. de act. § si minus

cum

De tenuta vide § Aret. in d. § quadrupli § trend. et in § quedã actiones ver. Quero qualr sit form. libellus.

formam stat. pronunciat debeat ad petitione actoris, et dare tenutam ipsi actori reru et bonorum rei absq alia citatione de novo fienda, et ipsu actorem immitti faciat in poss. rei petitæ si res immobilis petita fuerit alias in possessione bonorum conventi secundum forma statuti Comis Lug. Addentes qd qui citatus fuerit modo predicto nõ possit infra ter.m x dierũ predictos pignorari, vel gravari occasione contumaciæ, vel pro Iure Baiul. et expensis. Et si aliquis Iudex eum gravari fecerit, vel notrs licentiam scripsit infra ter.m supra dictũ condemnetur vice qualibz in decem lbr ℞ salvo qd si causa fuerit xl. sol vel abinde infra, vel mercedis sive patrocinij Iudex causæ infra ter.m supradictum gravari, et pignorari facere possit reũ prout sibi videbit convenire. Et dummodo dicta causa xl. ß non sit pars maioris quantitatis vel sume.

Quatr det. tenuta gtra contumacem.

Reus contumax nõ pot gravari infra terminũ x dierũ

Patrociniũ.

Item quod nulla exceptio sive dilatoria, sive peremtoria, sive cuiusqung generis, vel replicationes ad eas fiendas, quæ producerentur, et inpostorũ fierent tam pro parte actoris q̃ rei in aliqua causa civili impediat procedi in ipsa causa ad litis contestationem sive termini dationem ad probãdum in ipsa causa. Sz sint et maneant salvæ preponenti, in quantum, lime sint, et probandæ veniant post ter.m supradictum et discutiendæ tempore diffinitivæ sententiæ in dicta causa ferendæ. Salvo qd dilatorie exceptiones q contra p.as actoris vel rei in ipsa causa proponerentur discuti debeant, et de eis cognosci et sup eis pronuntiari, et eis prepositis anteq ad alios actus ulterius in dicta causa procedatur et Idem dicimus de exceptionibus litis pendentis, et rei iudicatæ.

Exceptiones q nõ impediũt litis contestationem.

Item quod si in aliqua causa civili post litis contestationem vel termini dationẽ ad probandũ in ca producta contingat tam pro parte actoris q rei positions sive articulos eis porrectos Iudex causæ mandet partis contra q productæ fuerit p infra tertiam diem iudiciariam debeat ipsis positionibus sive articlis respondere vel eorũ procurs, qd in dictũ termĩnũ vel maiorem, si Iudici causæ videbitur per eorũ principales ipsis faciant respõderi quibus de iure fuerit respondend. Et si infra dictũ ter.m pars contra quã producuntur, vel eius procurator petierit, ipsarum faciat dictus Iudex p notam parti petenti ipsorum copiam exiberi, et si contumax fuerit, et dictis posits precise, et lime nõ responderit dictis tẽis elapsis Iudex causæ teneatur, et debeat ad petitionem eius quidictas positions porrexerit pronuntiare, et tenutam dari facere si actor fuerit porrigens ipse actori contra reũ de rebus contentis in eius petitione. Sive in mobilem petierit. Sed rem mobilem. de bonis rei conventi p extimationem sive quantitatem rei petitæ. Si vero ipse reus fuerit porrigens ipsi reo contra actorem de bonis ipsius actoris, pro tanta qualitate quanta fuerit extimatio

De positionibz q articulis.

Infra quãdo tpũ debeat positionibz responderi.

Copia positionũ deatur.

rei

Cum hac additione qd quilibet Iudex qui de aliqua causa uel questione Ciuili cognoscerit
possit, et debeat testes producendos in causis ciuilibus secundū numerū q uidebr. con
uenire, compellere realiter, et personaliter, et multare suo arbit°. ad iurandū et De testibus cogendis, et mulctandis in cais ciuilibus.
ferendū testimonium ueritatis in causis uel questionibus suis quibus producent. et possit
teneatur et debeat cogere examinatores quibus committetur examinatio testium produce- Tenet. iudex cogere examinatore cui fuit comissa examinatio, ad examinandū.
dorum in dictis causis uel questionibus realiter, et personaliter ad examinandū ipsos
testes uel ipse Iudex teneatur ipsos testes examinare Infra term. et dilation q sibi ui-
debuntur ad poena cont. terr. pro quolibet Iudice qui negligens, uel remissus fuerit in pre-
dictis in quibus condennetur tempore sindicatus. pp ipsorum defectum, uel negligentiam testium, uel ex-
aminatorium. Nemo in probationibus fiendis possit damnū aliquod sustinere. Item prouidimus
ordinantes ad hoc, ut fraus, uel falsitas deinceps committi non possit incitationibus in ciui- De modo in citationibus ciuilibus.
libus causis faciendis quod Baiuli qui citabunt inposter. aliquem in causis predictis quod
ueniant alicui respondere de Iure suo aliqua petitione, uel libello debeant portare cedulā
citationis scriptam continentem nomen Iudicis corā quo citet, et nomen rei citati, et
actoris, ad cuius petitionem fit, et causam quare citet, et term. infra quem coram ipso
Iudice debeat comparere quæ citatio si citatus fuerit de castro montis ciuchi collis
Pergule, Serræ Sancti Abundi uel curiæ alicuius eorum debeat fieri pro tertia die Iu-
ridica post citationem predictam. Si uero fuerit citatus de alijs partibus comitatus
Eugubij fiat ipsa citatio pro secunda die Iuridica post citationem predictam. Si
uero fierit Ciuitate, uel burgis fiat pro sequenti die Iuridicha. Quæ Citationes et
cedularum predictarū presentationes fiant personaliter si fieri poterunt presentibus duobus testibus personatr
maioribus XIV ann. uel domi cuis solitæ habitationis publicæ, et alta uoce presentibus
duobus ex conuicinis siue masculi fuerint siue femine saluo qd si testes in
Comitatu haberi non poterint teneatur Baiulus ipsam citationem notificare sindico
Villæ uel castri unde fuerit citandus, et Baiulus teneatur ipsas Citationes fac-
tas referre cum dictis nominibus ueris test. et pronominibus ipsorū infra quintam Baiulus inf. quintā diem tenet. referre citationes fcas.
diem a die factæ commissionis et aliter facta Citatio, et relatio nō ualeat ipso
iure. Aliæ uero citationes faciendæ in dictis causis tam pro parte actoris quam
rei post primam dictā Citationē fieri debeant, per cedulas contenentes inscriptis
nomē Iudicis, actoris, et rei, et causa quare fit citatio et etiam term. conuenientē
q Iudici causæ uidebr. conuenire quam si contingat nō citari, et huiusmodi Citatio
fieri possit sine test. requisit. uel presentia.

Item quod si citatus in causis ciuilibus predictis nō comparuerit īn x dies post citati- De contumace, et termino x dierū.
onem de eo factam Iudex causa sumari desenso negocio per sacramentū actoris
elapsis dictis x diebus, et solutis decimes saltem die pronunciationis per actorem sm
foemam

rei petitæ per actorem siue quantitatis tenutam dari facere teneatur que tenuta reuo-
cari nõ possit nisi primo refectis expensis, et respondeatur positionibus ante dictis et si
dicta tenuta recuperata ~~non~~ fuerit infra quindecim dies modo predicto a die accep-
te predictæ tenutæ qd ille qui tenuta ~~sor~~ meruerit. fructus lucretur rei acceptæ Fructus lucrans.
totius anni. Pro absente nõ extra ciuitatem et comitat. Eug. in casu predicto pos-
sit, per proc. ipsis positionibus responderi.

Item quod si in aliqua causa ciuili petitum fuerit consilium sapientis p Judex causæ ea Consiliũ sapientis.
die uel sequenti punctum petitum, siue de quo partes in concordia fuerint. Committere
teneatur a die, uel sequenti Juridicha dummo punctũ ipsum uel causam ~~comm~~
cõmictere non possit alicui qui non sit, uel fuerit de Collegio Judicum Ciuitat. Eugubij
tunc in Ciuitate ipsa habitanti. Et ~~Judex~~ sapiens cui commissũ fuerit teneatur reddere con-
silium inscriptis et de eius sigillo signatũ infra xv dies a die ubi facta commissionis computandos. Quem
ter.m quindecim dier. Judex causæ prorogare nõ possit et de partium consesu
neq. partes ipsæ, etiam de licentia Judicis supra dicti, dicto consultori ex aliqua ca-
usa etiam si consultor fuerit in infirmitate grauatus uel in seruitium comis
Eug. Et si fieret contra non ualeat dicta prorogatio ullo modo, et si fuerit Iu-
ramento uallata. Sz elapso dicto ter.o Judex causæ in ipsa causa proce-
dat pro ut supra de Iure uidebitur procedendum cogat tamen dictus Judex
dictum consultorem realiter et personaliter ad restituendum consilium
in ter.m supra dictum si ab eo petitum fuerit p alteria partium predictas,
et qd non possit prorogari terminus dictus locum nõ habeat dum committet.
alicui sup. aliqua diffinitiua sententia consulendum.

Item quod si quis agere uoluerit contra minores XIV annos debeat actor ipsos citari fa- Minoribus 14 ann.
cere ter personaliter ad domum eorũ habitat. per cedulas scriptas continentes
nomen Judicis actoris, et rei, et causam quare citatur sicut superius est expressũ
in quarũ qualibet citatione nõ minor terminus apponatur q. quinq. dierũ quib.
ter.is elapsis si nõ comparuerit lĩme infra terminos antedictos qd Judex causæ ad
petitionem actoris teneatur pronuntiare tenutam contra dictos minores, et ipsũ
actorem in possessione bonorũ predictorum minor. ~~mictifacere~~ immitti facere ob contumaciam
predictorum.

Quæ tenuta reuocari non possit nisi primo reficiantur expensæ lĩme factæ occasione predicta
ipsi actori, et etiam nisi compareat lĩme dicti minoris iusuri de iure dicto ac-
tori in causa predicta, in quibus casĩs procedatur forma, et ordine, et etiam
expediantur

expediantur pro ut superius est expressum. Addicto qd Index causa teneatur, et debeat pena periurij, et ad penam xxv libr dare tutorem sive curatorem dictis minoribus prout expedierit ad petitionem ipsorum minorum uel alterius pro eorum parte petentis illas penas qd sive personam que de Iure ad talia munera subeunda uocantur, sive quas, uel quam eidem uidebitur conuenire et eam uel eas cogat ad dictam tutelam, uel curam suscipiendam summarie et de facto et modis omnibus quibus eidem uidebitur conuenire.

Iudex tenet. dare tutorem et curatorem et de eius au[c]toritate circa hoc.

Item qd si contingat in aliqua causa ciuili testes produci per alteram partem, qui non sint de foro et iurisdictione comis Eug. qd Index causa ad petitionem producentis possit, et teneatur comittere citat. illorum fieri faciendam, et receptionem iuramentorum et examinationem illorum faciendam notario causa uel ei quem duxit eligendum, et si persona fuerit Iurisdictionem nostram. Et predicta facere posit absque partis aduersae consensu. Et quod factum non fuerit in predictis ualeat, et teneat ac si de partium ipsarum consensu et conditione factum extitisset comunis. si uero testes de iurisdictione comis Eugubij fuerint, et se a testimonio ferendo subtraxerint Index causa ad petitionem producentis possit eos grauari facere, et penas et banna eis imponere que et quas uoluerit, et pro ut eidem uidebitur conuenire, et predicta omnia, et singula s. contenta locum habeant in causis ciuilibus pendentibus presentibus, et futuris.

De modo habendi examen testium qui sunt extra ditiona Eug.

De testibus se absentantibus grauandis.

Item qd in omnibus, et singulis contractibus promissionibus, et obligationibus, et instrumentis confectis et scriptis manu quorumcunque notariorum mortuorum ciuitatis, et comitatis Eug. pertinentibus quibuscumque ciuibus, uel comitatensibus Ciuitatis predictae subiectis Iurisdictionibus temporalibus dicti comis in quibus non essent obligata bona, uel nomina, uel in eis scriptum non fuerit, qd presentes fuerint creditores seu creditor intelligant bona, et nomina debitorum esse obligata eorum creditoribus et quibuscumque contractibus quibus tunc ats obligatio inueniretur ad omnia que ipsi debitoris reperiuntur obligata dictis creditoribus non obstante qd in talibus contractibus seu scriptis obligationis non essent, uel qd in eis scriptum non esset presentia ipsorum creditorum, uel ipsius debitoris et qd auctoritate partis legis Ius obligationis bonorum presentium et futurorum sit, et esse intelligatur in quolibet instrumento seu protocollo notarij mortui adesse deductum et appositum esse, et fuisse adeo, qd non solum in iudicium debitores et sua tota exheredes possessores quoscunque posit ius pignoris, et ipotecharia intentari ac si bona.

bona ipsa reperirentur in tali instrumento, uel protocollo obligata expresse. Et sufficiat agenti ipotecharia quod probet debitorem possedisse rem tempore contracti debiti uel post aut tempore mortis eius et predicta uendicere sibi locum in presentibus, et futuris, et idem intelligatur si in instrumentis et protocollis predictis non contineatur rem fuisse traditam quod tunc presumatur rem fuisse traditam, ac si in dictis instrumentis et protocollis expresse contineretur. Et quod sic intellectis, et habitis uigore dicte legis rogita, et instrumenta ex eis copiata redacta in publicam formam debeant per iudicem, et officiales comis Eug. qui nunc sunt et pro tempore fuerint executioni mandari quemadmodum executioni mandantur alia instrumenta secundum formam statuti dicti comis Eug. aliquo statuto, uel ordinatione aut ordinamento in contrarium loquentibus non obstantibus.

Agens ypotecaria quod debeat probare

De prohibita sequestratione. Rubrica VII

Ordinamus quod aliquis officialis comis Eug. non possit nec debeat facere aliquod sequestrum de aliqua re uel persona nisi in casibus a iure permissis, et in casibus ubi lex noua habeat locum. Et si fieret non ualeat ullo modo. Et officialis ex cuius parte fuerit factum condennetur per Iudices comis in x libris B. et predicta non habeant locum in causis matrimonij uel si fiat sequestrum occasione matrimonij.

Vide Goffred. in tit. de sequestr. possess.

Quod reus contumax faciat citari actorem ipsius rei expensis. Rubrica VIII

Decernimus statuentes quod si reus non uenerit in termino sibi dato a Baiulo siue a Iudice tamen uenerit infra x dies debeat actorem citari facere suis expensis ore ad os si inuentus fuerit. Si uero inuentus non fuerit requiratur domi, ubi solitus est habitare cum sua familia bis, semel in die tantum et dicatur in citatione quod ueniat recepturus ius a reo. Et possit Iudex citare partes in palatio, et eius citatio ualeat, et teneat, et super ipsa citatione possit procedi ut sibi uidebitur. Ita tamen quod citatio inueniatur in scriptis per notarium.

Iudex pot citare et monere partes in palatio.

Monitio Iudicis Est nim peremptorij. Aret. in tit. de act. §. si minus.

Quod tenuta detur in quinque dies, et quali procedatur quando dari non potest. Rubrica IX

Prouidimus etiam quod Baiuli dare teneantur tenutam infra quintam diem postquam eis iniunctum fuerit de tenuta danda, et si non fecerit, nihilominus potestas, et Iudex teneatur, et possint tenutam dari facere per easdem expensas, que facte fuerint in Baiulo antedicto Et etiam dictus Baiulus qui non dederit tenutam infra dictum tempus ut dictum est in xx sol. B. per potestatem condennetur. Hoc Addito quod si Baiulus referat nihil inuenisse quod potuerit creditori dare in tenutam. et tenutam dare non potuisse, possit et debeat is contra quem erit pronuntiata tenuta capi, et aliter detineri donec satis de iudicio sisti.

Dat. tenuta quando nihil aliud inuenit. et quando tenuta dari non pot debitor personaliter detinetur.

De tenuta danda in solutum, uel uendenda. Rubrica X.

ordinamus

Ordinamus statuentes qd ille contra quem data fuerit tenuta pro aliquo debito tenutam non recolligit infra mensem postq tenuta fuerit data liceat creditori petere si uoluerit qd dicta res uendatur uel sibi in solutu dedeit. Et hoc quippe ordine procedatur, qd potas uel Index faciat requiri ut debitorem contra quē data fuerit tenuta ut infra tertiam diem recolligat dictam tenutam. Si uero non recolligerit uel nō comparuerit infra dictum ter.m potas uel Index eundem requiri faciat ut ueniat ad ponendum extimatorem rei accepta in tenutam. Et si debitor uenerit extimatoremq posuerit pro parte sua. creditor ponat alium pro parte sua, et si fuerint concordes de extimatione rei tunc res accepta in tenutam adiudicetur creditori pro extimatione facta dumodo res ualeat quantitatē petiti debiti et expēs factas in lites. Et si res non ualuerit habeat regressum ad alia bona debitoris. Idem creditor. Et si ualuerit plus sit saluū ius debitori de residuo. Si uero infra dictū tempus non recolligerit tenutam, et non uenerit ad ponendum extimatorem pro parte sua, ut dictū est. Tunc potas uel index ponat unum extimatorem pro parte debitoris, et creditor ponat alium pro parte sua. Et tunc procedatur ad extimationem tenutæ quo facto subastetur dicta tenuta tribus uicibus per internalla trium dierū in qualibz subastationē. Et tunc plus offerenti detur. Si uero aliquis non comparuerit, tunc elapsis dictis terminis detur per potem, uel Iudicem dicta tenuta insolutum creditori secundum modū prescriptum. Et si contingerit extimatores non fore concordes tunc tertius extimator ponatr per potem uel Iudicem, et sufficiat duorū extimatorū concordia, et secundum eorū concordiā procedatur ad extimationem. Et datio insolutum fiat, per modum superius adnotatum. Si uero creditor noluerit dicta tenutam, et uoluerit qd uendatur tune subastetur modo predicto, et plus offerenti detur, reseruato regressu creditori contra alia bona creditoris.

Saluo qd si reus ueniens infra annum quandocumq possit recuperare rem datam insolutum. Soluto debito, et expensis hmōi restitutis. Et potas, et Iudex teneatur ē restitui facere non obstante datione insolutum.

Not. q uerbū dec. imponnt q decretū. Aret. in tit. de off. iud. §. fin. in fin.

Hoc addito qd si aliquis petat aliquam rem tamquam suam, uel sibi obligatam, uel agat petitorie uel actione in rem, et pp contumaciam aduersarij sui habuerit tenutam predictæ rei actor statim ~~fiat~~ efficiatr possessor, nec locum habeat datio insolutum, si tamen reus uenerit infra annum et satisfecerit expēs actori, et satisdederit de iudicio sisti res in tenuta acceptam sibi restituatr. Addimus predictis qd in tenutis quæ acciperentur ex forma nouæ legis uendendis, uel dandis in solutum Iudex dictam solennitatem nō teneatur ~~facere~~ seruare, ss procedat sumarie pro ut supra uidebitur. itaqd creditori sine dilatione satisfaciat de suo credito ex expensis.

Satisdatio de iudicio sisti.

De tenutis q accipercdr. ex forma legis noue.

Infra quantum tempus possit citatio impugnari. Rca xi

statuimus

22

Statuimus, qd si quis contra quem data fuerit tenuta opponerit se non fuisse citatum possit reus infra x dies utils a pre date tenute opponere except et dicere se no fuisse citatum, et abinde in antea nulatenus audiatur. R.

De ijs qui faciunt citari aliquem coram diversis Judicibus, uel citat non prosequntur. Rca XII

Statuentes ordinamus qd si quis fecerit aliquem citari coram diversis Judicibus ad idem ex processu sit contra citatum processus non teneat nec valeat ullo modo, et soluat qui citationem fieri fecerit nomine banni pro qualibz vice centu β R quorum medietas sit comis et alt. medietas sit accusantis. Hoc addito qd si quis una, et eadem causa fecerit aliquem bis in mense citari, et citationes no fuerit prosequens easdem, et reus comparuerit responsurus actori non intelligatur actor, nec audiatur in eadem causa deinde ad duos annos. R. — Si qs fecerit aliquem cit[ari] bis in mse.

Quod reus eum sacramentum ab actore defertur iuret, uel referat. Rca XIII

Vide Aret. in tit. de except. in §. oppo. uer. no. tit. de pign. [...] de actio. §. si qs postulante. et Pas. in for. resp. rei eadem gl. [...] in for. iur. [...] a par. par.

Firmamus statuentes quod si reus noluerit iurare cum defertur sacramentum sibi a iudice, uel ab actore, et iurauerit actor se debere a reo recipere id qd petit compellatur reus in continenti ad soluendum actori id qd petitum fuerit cum expensis. R.

De modo procedendi in modicis questionibus. Rx XIIII

Statuentes firmamus qd in causis quæ non excedunt summam xl. β R quæ non sit pars maioris quantitatis uel summe, unus testis sufficiat ad probandum delato sacramento actori a iudice. Et hoc modo Judex habeat licentia diffiniendi causas xl. β et infra, et audiatur actor sine porrectione libelli non obstante aliquibus ferijs. et in questionibus mercedum laborat procedatur summarie, et sine strepitu, et figura Judicij et diebus quibulibz et feriatis in quibus procurator interuenire non possit — In cais merced. pot. procedi no obstan. ferijs.

~~De defenendo~~ ~~defendendo~~ tenutam ei cui data est p curiam. R XV.

Statuimus qd potas et Judex teneantur, et debeant tenutas lmas, et iustas uel in solutum datas a[uctoritate] curiæ, et ipsas a se, et a suis antecessoribus datas manu tenere. Et quicumq abstulerit uel turbauerit aliquem in predictis, uel aliquo predictoru potas auferat ei pro pena xl. β R vice qualibz.

Quod creditor faciat quietationem debitori de eo, quod soluerit Rca. XVI.

Ordinamus statuentes, qd si quis una uel pluribus obligat alicui obligat extiterit ~~et soluerit~~, et soluerit debitor a creditore quiet teneatur potans fieri facere idem debitori quietat de ipsa obligat de qua satisfecerit creditori si apparuit, et confessione creditoris, aut probatione lma. R.

De recollectione, et uenditione pignor Rca XVII

Statuimus, et ordinamus qd potas, et Judex teneantur recolligi facere pignora tam mobilia qua immobilia infra x dies postq petitum fuerit, a creditore. Et cogere teneatur potas ~~et~~ et iudex

Iudex debitorem ad recolligendum dicta pignora ad uoluntatem creditoris, et predicta fiant summarie sine strepitu, et figura Iudicij. Et si debitor nõ comparuerit ad recolligendum pignus illud ~~cum~~ uendi facere teneantur uel insolutum dari creditori pro debito, et expis, et sit in electionem creditoris ipsum pignus insolutum accipere, uel uendi facere, et anteq uendatur, et insolutum detur subastetur primo p ciuitatem tribus uicibus p interualla trium dierũ, et plus offerenti detur, et ipsum insolutum recipiat creditor, et talis uenditio, uel insolutum datio teneat et ualeat, ac si facta esset p debitorem, et in pignoribus occasione ludi datis locum predicta nõ habeant, et nullatenus obseruentur.

Vide Ang. inst. de act. §. si qs agens. uer. quado et.

De rescindenda uenditione de qua pactum interceserit. Rca XVIII.

Prouidimus, qd si quis uendiderit, uel uendidit aliquam rem, et apparuerit pactum de recipsione inter emptorem, et uenditorem p publicum instumentum, uel alias lmas probationes teneatur potas, et Iudex dictam recipsionem fieri facere infra octo dies postq petitum fuerit, et apparuerit de pacto summarie, sine strepitu, et figura iudicij, sine libelli porrectione sine decimo, et salario.

Alb. inc. Joannes. de fid. instr. Soc. cons. 253. col. v. vol. 2°. et p Dehipp. de cotrid. con. 24. et cons. 256. vol. 2.

Quod uenditor cogatur ad rem uenditam defendendum emptori. Rca XIX.

Deliberamus statuentes quod si quis emit, uel emerit rem aliquam ab aliquo, et ei mota fuerit lis uel questio de dicta re ipsam teneatur uenditor, tam in curia Comis Eugu. quam in qualibz alia, et coram quocunq Iudice delegato, uel delegando in districtu Eugubij, uel extra districtum defendere omnibus suis expensis. Et ipsum uenditorem, uel eius heredes, potas et Iudex cogant summarie, sine strepitu et figura Iudicij ad predicta facienda quicunq ad uoluntatem emptoris, uel suorũ heredum, Et si uenditor, uel eius heredes citati fuerint qd ueniant ad defendendum rem uenditam, et nõ comparuerint in termino assignato procedatur nihilominus in causa principali per Iudicem, dumodo contra actorem semper uel eius heredes procedatur ad faciendum eos liti offerre, nisi aliud sit actum in contractu uenditionis. Hoc, et locum habeat in pmutationibus, et cambijs Et si dictus uenditor nõ offerret se liti secundum mandat dicti potis, uel Iudicis, uel ad petitionem emptoris, ut dictũ est qd condennetur p potem in xxv libr Rl quarum medietas sit comis, et alia parte petent. Et nihilominus teneatur ad omnia danna ex expas ~~et~~ inferenc illi cui questio mota fuerit.

De contractibus minorũ et filiorum familias. Rca XX.

Prouidentes statuimus qd si quis, uel signa minor XXV annis uoluerit aliquem contractum, uel obligationem facere cũ aliquo, nõ possit, nisi presentibus, et uolentibus duobus ex consanguineis masculis proximioribus dicti minoris, et si aliter fieret contractus, non ualeat nec teneat ullo modo, nec obligatio, et hoc non intelligatur

Vid. Pap. in for. lib. sup petit. restit. in int. gl. tunc inuenit rata tre. [illegible] dicere cotractũ nullũ tre co qd nõ interfuit pntia cosanguineorz debet illud pbare .s. q tpre celebrat. erat habilis ad hndũ pntias dcorz cõsanguineorz. Dehipp. de cudrid. cons. 247. et cons. 117. et not. Inst. de eo q cũ eo q in aliena pote. ee.

24

[illegible] negotia [illegible] de curatore [illegible] ad illū actū, quē minor fecerit intendit Et p religiosis [illegible] si fuerint de [illegible] sufficiat ac si fuissent laici. — ... pt medio de curatore intelligat!

intelligatur de minoribus habentibus curatorem. Si vero curatorem habuerit cum auctoritate curatoris vel Iudicis, non obstante qd ~~si consanguinei pntes~~ non fuerit, sz sufficiat auctoritas Iudicis curie, vel curat. consensus. Et si predicta solennitas servata non fuerit, ut supra dictum est in dictis contractibus lex nona, non vindicet sibi locum Et hoc locum habeat in preteritis, et futuris et in ipsis contractibus, et obligationibus minor semper iurare debeat ~~vel~~ nō venire contra, vel facere minoris etatis occasione

Hec addito huic capitlo, qd minores possint se obligare usq. in quantitatem, centum sol. Bo. et nō ultra sine predicta solennitate. Addentes etiam huic capitulo qd nullus minor xxx annis existens in pote patris posit possit se obligare vel aliquem contractum facere sine patria, et consensu sui patris, et si faceret, vel se obligaret non valeat ullo modo. L. Aº #

Vid. Alex. in l. si nō sortē n. 2 ff. de cond. indeb.

De assessore dando per iudicem in causis. Rca xxi

Statuimus qd quilibz Iudex in suo officio debeat dare assessorem, expensis utriusq partis si simul postulaverit, et si una ~~summa~~ pars postulaverit, altera vero non, recipiat expensis petentis cum salario competenti. Et si Iudex ~~sic~~ dare neglexerit assessorē puniatur vice qualibet p Sindicum dicti comis iij x lib Bo. Et teneat Iudex cui consulend. commissum fuit reddere, et fore consilium sup causa sibi commissa Infra xv dies, à die commissionis sibi facta computand. ad peña x lib Bo. in quibus p potestatem condemnetur. Addimus qd nulli assessori detur salarium nisi primo restituto consilio sigillato vel publicato sup puncto sibi commisso ad dictam peña.

Volumus insup addentes qd si ille ad cuius petitionem datus fuerit assessor habuerit pro se consilium teneatur, et cogatur adversarius statim ei salarium expās restituere consilij. Addentes predictis qd si assessor cui consilium commissum ~~fuerit~~, nō consuluerit sup puncto sibi commisso, Infra xv dies ut dictum est. Elapsis dictis xv diebus comissio expiret. nec Iudex teneatur punctum commissum iterum committere eidem vel alteri assessori preter quā in sententz nullitatz, et contradictoz. Nec ipse assessor vel consultor se possit ulterius intromittere. Sed Iudex ex tunc procedat in causa, et Iuris fuerit nō obstante commiss. predicta. Et etiam nō obstante si consultor fuerit impeditus. Et ad tollendas fugas illorum qui pro deferenda lite maliciose sup omni puncto petunt consilium sapientis. Statuimus qd quicunq in aliq causam habuerit contra se duo consilia sapientis, vel sapientum, ulterius ~~vel~~ in dicta causa ~~[illegible]~~ Iudex assessore dare nō teneatur, vel commissionē facere. Preter in suis diffinitivis ferendis in causis nullitz, appellat, et contradictor, et computet ñño duarz commissionu, et illa comissio q p lapsu dictorū xv dierū expiraverit, q illa q ed petierit a

Additio [illegible] statuto de [illegible] sapientis [illegible] in volumine statutorz. Et ad tollendas fugas illorz qui differ[illegible] [illegible] lite maliciose [illegible] consilium sapientis statuimus q quicunq in aliq. causa civili habuerit [illegible] semel consilium sapientis vel sapientum ulterius assessore [illegible] dare nō teneatur. et intelligat habuisse [illegible] si ille [illegible] consilium seu assessorem petierit, et p lapsu xv dierz comissio expiraverit, et hoc intell[illegible] quatenus ad [illegible] seu commissionē [illegible], et nō [illegible] nullitatē [illegible] puncti [illegible]. In [illegible] et contradictoriis [illegible] assessor [illegible] parti [illegible] ad terminū salarium et expensas [illegible] ipsarz expensarz et salarij. [illegible] in bona [illegible]

Quod creditor non possit molestari in bonis banniti sibi obligatis nisi s satisfiet. R. xxii

Ordinamus quod si quis est, uel fuerit exbannit. in futur. pro aliquo malitio, et eius bona essent pro debito obligata, ~~ex~~ alijs debitis, ueris, et non ~~fictis~~ fictis habeat ille cui obligat. fuerit detentionem bonorum, usq. ad plenam satisfact. dictorum debbit. tam dotin. quam aliorum. Et potas non doleat illos, uel illum in dictis bonis, uel ipsorum altero molestare nec molestari facere. Et si contra fecerit perdat de suo salario x libr. R. et non ualeat qd per ~~em~~ eum contra predicta factum fecit. R.

Quod uenditor possit retinere rem uenditam pro pretio, et qd in ipsa caeteris preferatur. R. ca. XXIII

Statuimus, et ordinamus, qd si quis uendiderit, uel uendet in futur. res aliquas de quibus pretium non sit solutum. licceat uenditori re tenere rem uenditam loco pignoris, donec de pretio sibi fuerit integre satisfactum, et interim lucretur fructus. Addimus etiam qd uenditor pro pretio rei uenditae preferatur in ipsa re uendicand. et tenenda omnibus creditoribus emptoris, etiam ~~in omnibus temporibus~~ anteriorib. in tpre, usq. ad integram satisfactione pretij. R.

Quod nullum compromissum duret ultra sex menses. R. ca. XIV

Provvidimus qd nullum compromissum duret ultra sex menses. et post dictos sex menses arbiter uel arbitrator nullam habeat iurisdictionem seu licentiam arbitrandi, seu diffiniendi et si non concordauerint arbitri, seu arbitratores cogant. partes per potem, uel Iudicem ad ponendum tertium realiter, et personaliter, ita ut tertius oio ponat. R.

Quid iuris uide p. Alex. in l. inter pares. ff. de re iud.

De his quae ius pretendunt in bonis exbannitor. R. ca. XV

Statuimus qd quecunque contingerit quod in bonis exbannit. uel dannator. uel positor. pro debbitoribus comis Eug. in mobilibus peteretur uel aliqd aliud com. iudice petitur. uocato sindico comis ad hoc quod eam ipsam defendat, et potas examinatis iuribus petentis de consilio suorum Iudic. ipsam causam decidat, et aliter supra ijs pronuntiare no possit. R.

De procuratoribus, et qd non responderint positionibus, et quod sacramentum caluniae non excuset ab expensis. R. ca. XVI

Ordinamus quod si quis contra procurat. uel mandatos aliquam, seu aliquas rationabiles, et probabiles exceptiones obiecerit assignetur ei terminus ad eas exceptiones probandas, infra quem term. nisi probauerit cum effectu Iudex causae condennet excipientem in expensis factis occasionum dictarum except. ~~pot.~~ peremptorii. contra que exceperit, et huiusmodi exceptionibus, no obstant. elapso dicto termino dato per iudice immediate no obstant. aliqua appellatione procedatur sup. negocio principali, non non obstante si dixerit per eum non stetisse qd no probauerit except. predictas infra

infra ter.^m a Iudice sibi datum. Hoc addito qd nullus procurator etiam si habeat spale mandatum possit, et debeat respondere aliquibus positionibus sz ~~ppri~~ princi palis persona respodere omni modo teneatur nisi ipsas positiones procurator voluerit confiteri, vel nisi aduersarius con sentiret. Si tamen fuerit mulier Iudex debeat mittere notarium causa ad domum mu lieris expis mulieris si non voluerit venire q.^r Et idem intelligatur in omnibus, qui ha beant iustam causam non veniendi, et hoc non vindicet sibi locu qn dns esset absens a Ciuitate, et Comitatu Eug. de cuius absentia, et iusta causa fidem faciat procurator propo. Iur.^t

Addito hoc qd iuramentum calumniæ ~~vel~~ malitiæ vel veritatis no excuset aliquem in aliqua causa vel casu, a condennatione expensarum.

Per comparitionem principalis no revocat. procurator.

Volumus etiam addentes qd per comparitionem dni ad causam tractandam ad quemcunq. actum compareat non intelligatur, nec sit procur revocatus.

Pr. p filio, tutor p pupillo et fidei commissarius procuratores facere posst.

Pater autem in causa filij, et tutor, vel tutrix in causa pupilli possint procur vel procuratores ante litem contestatam constituere sicut posset si p eos lis contestata fuisset et et fidei commissarius quandocunq. possit procuratorem facere ad ea omnia, quæ pertinent ad offm commissarij et ad ea, quæ ipse facere posset.

Insuper addimus huic capto declarantes qd inducto, vel ostenso instrumento procurationis facto ad agend et defend in causa intelligatur sic, et habeatur legms procurator in causa in qua comparuerit, et quod non obstante qd procur fuerit lite contestata dnus sive principa lis possit semper assistere causæ, et procedere in ea prout sibi placuerit ad quemcunq. actum.

De Ferijs, et diebus feriatis. R. XXVII

Vid. Aret. Inst. de excep. §. appel lat. ver. in eagl.

Cum semper oporteat seruari iustitiam, quæ est omnium conseruatrix ad reuerentiam omnipotentis Dei, et sanctoru, et sanctaru eius dies istos in ~~ciuilibus~~ criminalibus causis ~~dumtaxat~~ feriatos esse iubemus. Et volumus Festum Natiuitatis Dni, Sancti Stephani, Sancti Ioannis Euange listæ, Innocentium, Sancti Siluestri, Circuncisionis, Pascha Epiphaniæ, dies Veneris Sanctu Paschæ Resurrectionis, Dies qua celebratur officium Corporis Christi, vz ipsa prima dies Festu Sancti Vbaldi de Mense Maij, Festu Sancti Ioannis de Mense Iu nij, quatuor festiuitatum Beatæ Mariæ Virginis. Vz Anunciationis, Assumptionis, Natiuitatis et Purificationis, Festum omnium Sanctorum, qd quæ est in Mense Nouembris, Fes ta principalia duodecim Appostolorum, Festum Beati Laurentij de Mense Augusti, omnes dies Dominicæ, Festum Pentecostes, et omnes dies Veneris, saluo, quod nisi Iudic Veneris aliud de predictis festis ~~(…)~~ possint ~~ferre~~ ferri diffinitiuæ Sententiæ ~~in ciuilibus~~ in criminalibus cais.

In ciuilibus

In ciuilibus uero questionibus, sint feriæ, omnes dies, et festa supra scripta, et etiam infrascripta festum Natiuitatis Dni in sua uigilia usque ad et Ianuar Inclusiue, Pascha resurrectionis cum septem diebus precedentibus et VII sequentibus. Festu Pentecostes cum duobus diebus sequentibus festa quatuor Euangelistar. Festa quatuor Doctoru Ecclesiæ, Vz Sancti Augustini, Ambrosij, Gregorij, Ieronimi. Festa Sancti Vbaldi de Mense Maij cum duobus precedentibus, et uno sequenti. Festu in dies in quo celebratur officium Corporis Xpi Vz prima dies Festa Sanctoru Mariani, et Iacobi, Sancti Michaelis de Mense Maij Setembris, Sancti Martini epi Sanctæ Catharinæ, et Sanctæ Luciæ omnes dies Sabati ante Nonas, omnes dies quadragesimalis, et alij dies quibus ieiunari debet. Vz dicti dies omnes ante nonas, et festum beatæ Mariæ Virginis, quod est dies VIII Mensis Decembris et tertius octo diebus regis cuiuslibz pot. et qn fit consilium poti capitan. cum consulum mercatorj. De posto maiori sumeq et si in ipso consilio fieret aliqua preposita. Vz si consilium fiat ante nonas, sit dies dicta feriata dies ante nonas, et si fieret post nonas sit feriata post nonas, et tempor fori banniti de mense Setembris. Exceptis de ijs quæ fiunt in foro, et occasione fori, et dierum Letaniarum usque ad nonas Vz in ipsa litaniæ. celebrantur. Sint etiam feriæ pro messibus a kl. die mensis Iunij, usque ad Assumptionem beatæ Mariæ de mense Augusti, et pro uindemiis primi XVI dies mensis Octobris. Ci

Item S. Io. bapt. cum duobus precedentibus et uno sequenti.

Quod apodisa contra scribentes habeatur pro publico instrumento. Rca. XXVIII

Prouidimus statuentes, quod si quis campsor polizam aliquam fecerit sua manu de denarijs uel alia re quos alteri teneretur dare mutui causa uel depositi uel alia causa talis polliza pro confess. habeatur, et uim confessionis habeat, et omnes off. comis Eug. in omnibus exequtioni mandare teneantur secundu formam nouæ legis, et polizzis cuiuslibz personæ alterius. Illud idem intelligi uolumus obseruari.

Vid. Aret. Inst. de empt. quod in prin. uer. not. et Inst. de except. § idem Inris. col. 14 uer. tepestiu. et accedit

Quod detur copia per notos de rogitis pertinentibus ad exbannitus. Rca. XXIV

Statuimus quod potas, et Capitaneus, et coru Iudices debeant facere dari copiam publicam rogitorum, et protocollorum ubi fit mentio alicuius poti pro debbitore comis Eug. a quocunque notario habente accepta competenti mercede, et hoc fieri faciant infra V diem postquam petitum fuerit ad petitionem cuiuscunque petentis cuius interest, uel ad petitionem syndici comis Eug. et de hoc stetur sacramento not. siue uel non.

Quod

Quod non fiat cessio a forense contra civem, et quod non sit necessaria cessio in obligat. pro alio recepta. Rubrica xxx.

Providimus statuentes quod nulla persona de Civitate comitatu, et districtu Lucano recipiat aliquam iuris cessionem ab aliquo forense contra aliquem civem, vel districtualem comitatus Lucani, et qui contrafecerint puniantur per potestatem in xxv libr. Et cautio, seu iuris cessio, non valeat, nec teneat ullo modo, hoc tamen non vendicet sibi locum in illis, qui fideiusserit, vel principaliter se obligaverint pro aliquo, vel cum alio cive, vel districtuali Lucano ~~alicuius~~ forensis, et solvisset debitum dicto forensi, pro parte, vel in totum, in quibus casibus iuriscessio fieri possit non obstantibus predictis, Addimus quod si quis receperit aliquam promissionem vel obligationem pro aliquo, ille pro quo promissio, vel obligatio recepta fuerit, possit ex ea agere, et petere, sicut si sibi actio, vel iuris cessio esset non obstante quod actio sibi cessa non fuerit. Ille autem, qui pro alio receperit non possit aliquid petere, ex obligatione, vel promissione predicta, nec solutionem recipere X et si fecerit, non valeat, nec debitor ~~propterea~~ liberetur, Quietatio autem facta, vel fienda alicui pro altero, valeat, et teneat, sicut si facta fuisset alicuius civis nomine, recepta fuerit, et ex ea liberet sicut si sibi factum fuerit, vel fuisset.

X nec de ea agere [illegible] nec aliquid fa[illegible] [illegible] eius pro quo recepit

alicui civis.

Quod non fiat cessio nobili contra popularem Rubrica xxxi

Statuimus quod nullus de genere nobilium possit, et debeat recipere aliquam iuris cessionem contra aliquem popularem, sive de populo Civitatis, vel districtus Lucani. Et si receperit non valeat nec teneat ullo modo. Nec per talem iuris cessionem agere possit nec ab aliquo officiali comunis Lucani audiatur in dicta causa, et nihilominus, condemnetur talis nobilis in l. libr. R.

Quod habens arborem in alterius terreno cogatur eam vendere. Rubrica xxxii

Providimus. statuentes quod si quis arborem aliquam habet, vel habuerit in terreno alterius vel partem arboris alicuius in terreno alterius existentis ille cuius est dicta arbor compellatur eam vendere iusto pretio. Et hoc fieri faciat potestas vel eius Iudex sine porrectione libelli, et absque iuris solemnitate, servata, et ~~ille~~ cuius est terrenum teneatur emere iusto pretio, et solvere venditori iustum pretium Et si non fuerint concordes eligant unum hominem, vel plures de comuni concordia qui dictum pretium debeant declarare.

~~De mancipiis~~
Quod
De mercatis

De mente captis, furiosis, male auiatis, et contractibus eorum. R^ca XXXIII

Alex. de Im. in con. 85. et con. 86. vol. 2.

Ordinamus prouidentes, quod nullus furiosus, mente captus, uel demens possit uendere, uel contrahere, aut contractum aliquem facere cum aliquo. Et si quis a tali emerit, uel cum eo contractum fecerit, non teneat ullo modo; et filius, et quilibet coniunctus dicti furiosi, siue mente capti uel dementis masculus, uel femina, per se, et suum procuratorem possit petere uenditionem rescindi, et contractum cassari, et quilibet reputetur idoneus, et admittatur ad predicta, et potestas, et eius Iudex teneantur ipsas uenditiones, et contractus cassari, et irritari facere infra octo dies summarie, et sine strepitu, et figura iudicij, et obtacis (?) libelli et iuris ordine non seruato. Hoc addito quod si quis imposterum ludendo uel aliter male faciendo male tractet, ~~reficiat damna~~ uel faciet facta sua, ~~Item~~ ita quod male auiatus merito dici possit. Teneatur potestas, et quilibet eius Iudex, qui super hoc fuerit requisitus ad petitionem patris, uel aui, uel duorum ex proximioribus consanguineis illius male auiati publice bannimenta facere per Ciuitatem Eug.^i quod nulla sibi cartam, uel obligationem faciat, uel contractum quo facto omnis contractus carte obligationes quae cum illo fierent, siue consensu patris, uel aui et duorum ex proximioribus consanguineis ipsius sint irriti ipso iure, et pro non factis poenitus habeantur. Et nullus officialis Comis Eug.^i audiat aliquem agentem, uel petentem, uel excipientem seu se defendentem, ex cartis seu obligationibus supra dictis, non obstante quod sint sacramento, uel alia quacunque firmitate munite: ipsasque cartas contractus et obligationes dicti potestas, et Iudex ad petitionem cuiuslibet cassari, et Cancellari facere teneantur et ad probandum quo ad promissa casum, ~~quod~~ quod aliquis male tractet, uel faciat facta sua, Ita quod male auiatus merito dici possit, uel aliquis sit pater, uel auus uel de proximioribus consanguineis illius, qui male ~~di~~ auiatus dicitur sufficiat sacramentum eius, qui dicit se patrem, uel auum, uel eorum quisque se dicunt esse de proximioribus consanguineis male auiati predicti, uerum quia non semper quis in proposito, uel actu malefaciendi perdurat, Volumus, quod interdictio ~~actio~~ prefata duret per duos annos tantum ab ~~annuimenti~~ emmanenti tempore computandos. Possit tamen pater, et auus uel consanguineus elapsis annis predictis et quando et quotiens fieri facere similem interdictionem seruata tamen forma predicta per duos annos tantum, ut supra dictum est quotiescunque facta fuerit duratura. premissa uero in contractibus, et cartis, in quibus male auiati obligentur alicui non autem in his in quibus aliquis obligetur eis debeant obseruari.

Quod

Quod mulier nupta sine consensu viri non contrahat nec teneatur; Rubrica XXXIV

Statuimus, et ordinamus, quod nulla mulier habens virum possit contrahere, vel aliquam obligationem in aliquo facere sive testamentum, seu ultimam voluntatem condere, vel de suis bonis in alium transferre sine consensu viri sui. Nisi esset in articulo mortis, et vir seu maritus esset tunc absens, ita quod eius consensus de facili haberi non posset. In quo casu tunc debeant consentire duo, ex proximioribus consanguineis viri sui. Et si secus fieret non valeat ullo modo, etiam si intervenerint iuramenta.

Ias. in l. nihil ideirco. C. de codicillis ubi tenet dictum statutum non valere. Sed contrarium tenet. in l. ex facto ~~[illegible]~~ ver. 7° nota. ff. de vulg. et pup.

Add. quod istud statutum ... de extractis ... de nobilib. Ias. cum eodem in l. mors n. 42 et seq. de vulg. [illegible]

Hinc de reverendo [illegible]

De questionibus murorum, eloacarum, landronum, stillicidiorum et similium ~~solum~~. Rubrica XXXV

Ordinamus statuentes, quod si quis habet murum communem cum aliquo, et illi voluerint reactare potestas ~~seu~~ Iudex cogat consortem, ad reactandum dictum murum. itaque quilibet ex parte sua, et si alter ex consortibus voluerit murum in altum extendere, et elevare, teneatur consortem requirere, ut cum eo faciat expensas communiter ~~omnes~~, et si voluerit contribuere in expensis, possit propterea murum in altum elevare, et in altum tenere quantumcumque voluerit. Et alter consors non possit in dicto muro aedificare, vel aliquid imponere vel immittere nisi primo reficiat medietatem expensarum eidem secundum estimationem unius viri boni muratoris. Et si aedificaverit in muro, vel in parte in cuius consortem non contribuerit in expensis, infra unum mensem postquam edificare ceperit, et petitum fuerit dimidietatem expensarum in dicto muro factarum secundum dictam extimationem restituere debeat, et potestas et Iudex comunis predicti predicta fieri faciant sine strepitu, et figura Iudicij, et sine decima, et expensis, et liceat utrique parti trabes, et ligna ponere, et mittere in muro communi, pro aedificio et fenestras facere et similia ~~[illegible]~~ ex parte sua, non tamen ita quod prestet preiudicium alteri consorti. Nec alicui parti liceat in muro communi facere versatorium, vel sedile, et si contrafecerit, potestas et Iudex infra iij dies, postquam petitum fuerit faciat removere. Addimus huic capitulo, quod quando esset inter aliquas personas aliqua discordia, vel lis, seu molestia occasione alicuius muri, vel landronis, Cloacae, ~~re~~, fossati, necessarij, versatorij stillicidij, vel grondarecciae, de his et similibus, quod Iudex, et officiales, potestatis teneatur, et debeat ad petitionem cuiuslibet petentis ire ad locum ubi, et de quo dicta discordia esset, et videre, et dictam discordiam sedare, et terminare, de facto et sine strepitu, et figura Iudicij, et omni modo et iure

Pag. in pr. lib. quod hered. vel se sing. divid. gl. et in fi. [illegible]

Aret. Inst. de servit. § [illegible] ver. nota quod servitus [illegible]

Nemini licet in muro com. aliquid facere.

iure, quo eis uidebitur habita consientia uicinorum dictorum litigantium uno quatuor ad minus non inspectata alicui parti, et ferijs nõ obstantibus, et R.

~~Quod seruetur idoneus, qui pro alio obligauit. R.~~

Quod homines uillarum cogantur colere terras ubi uicinas. R.ca XXXVI

Prouidimus statuentes, qd si quis habet terras, uel possesiones in Cõit. Cug. quas homines illius ~~conte~~ comunea, uel alij qui solliti st illas laborare nolunt ipsas laborare Potas, et Iudex ad petitionem cuiuscunq petentis cogat proximiores de dicto loco ad laborandu ea bona fide et secundu qd comis laborant in dicta contrata. Quod si negligerit perdat de suo salario Potas lbr x R. Hoc addito qd sindici uillarum seu castror. in quibs dicte terræ sint posite cogi debeant cum quatuor massarijs per Potem, uel eius Iudice eas laborari facere modo predicto. Et si sindici uillar. aut castrorumq predicta negligerit adimplere teneantur dannum passo, et fructus, et interesse, qui percipi potuissent de ipsis terris ~~percipi~~ vel eorum et hoc locum habeat tantum in ciuibus, et comitatensibus subiacꝫ dacio et collecta dummodo non habeant locum, si terræ essent ~~[illegible]~~ sterilles. R.

Quod conseruetur idoneus qui se pro alio obligauit. R.ca XXXVII

Statuimus qd quicunq fec.t seu fecerit alicq fideiuss.nẽ seu obligat. pro aliquo ex qua fideiussore seu oblig. constituerit publ. instr.m conseruat. indenpitatis ~~talis~~ qui promisit

Conseruatione indẽnitatis conseruare indenne, et eius heds teneantur, et debeant talem fideiuss.m uel pro ipsa obligatione, et eius heredes et bona omnimodo conseruare indenn. et ipsũ absoluere et liberare, et liberum, et absolutum reddere à tali fid iuss.ne seu obligat. quomo cuq et qualiscunq petierit iuris solennitatibus obmissis, et ferijs nõ obstantibus, et predicta teneantur Potas, et omnis officialis comis Cug. exequi mandari ad petitionem fideiuss.s contra debitorem pro quo, sicut fieret contra ipsum debitorem ad petitionem creditoris, et dict. talis fidei iussor, uel sic obligat. esset, uel reperiretur condennatus iniuste uero dicta de causa in aliqua quantitate, talis condennatiue exigatur ꝑ capit. tantum contra principalem uel sic obligat.m non obstante qd (et non contra fideiussores) non sit scriptus in istr. debiti, ut fidei iussor sed ut conreus, uel ut principalis debitor, uiso instrumento conseruationis indemnitatis, uel ostenso R.

~~De terrenis mittendis, et dirizzandis inter uicinos~~ R.ca XXXVIII

Prouidimus statuentes qd si ter. uel ter. curuati fuerint, uel curati reperirentur inter aliquas possesiones, Potas, et eius Iudex faciant eos dirizzari ~~et~~ reperirentur curuati et ubi

et ubi reperietur non esse veri, vel fuissent extracti, Potas et eius Iudex eos mitti vel remitti facere teneatur ad petitionem petentis hoc modo, videlicet quod eligantur duo boni homines de contrata si reperientur, vel aliunde per partes inter quas possessiones seu termini remicti, vel mitti debeant, quos electos, vel repertos Potas, et eius Iudex cogat et cogere debeat ad predicta facienda, et si non fuerit in concordia illi duo, eligatur a dictis partibus tertius, et postmodum quod factum fuerit, per duos ex predictis sit ratum, et Potas et eius Iudex predicta faciant, et facere teneantur sine strepitu, et figura Iudicij, et porrectione libelli vel declarationis alterius faciendi. R.

De parte dotis applicanda Maritis, et de alimentis uxori prestandis. Rubrica XXXIV.

Ordinamus quod si uxor alicuius decesserit sine filijs ex eorum matrimonio natis: omnis res appreciate quas maritus vel alius pro eo habuerit in dotem, et in dotem receperit, vel ei promissae fuerit pro matrimonio inter eos contracto, remaneant, et applicentur marito simul cum tertia parte dotium et rerum receptarum vel promissarum ad quas res appreciatas, et tertiam partem dotis reddendam illis, qui similiter quibus facta fuit cautio de restituendo dotem vel alijs quibus dicta de causa restitutio fieri deberet maritus mulieris nullatenus teneatur, non obstante si in instrumento dotis esset promissa integra restitutio dotis. Nisi spetialiter, et expresse huic statuto renuntiatum esset, per contrahentes, et si dictum matrimonium divisum non fuerit aliqua iusta causa quam per mortem.

Arch. per quas pson. no. sf. §. eg. in fin. et in tit. de act. §. fuerat ver. prosr de questione quotidiana statuti et ver. seq. et in tit. de socie. §. fin. ver. gl. pa. in fin.

Pap. in for. lib. quo uxor agit de dot. glos. dix. d. Margerita ver. amplius quod quod Averr. et Bar. vers. 132. et 134. in illo. ed.

Hoc addito, quod soluto matrimonio per mortem, mariti heredes; mariti teneantur dare alimenta uxori quondam defuncti secundum quantitatem dotis usque ad dotis restitutionem, et per hoc non preiudicetur mulieri, si ex alia causa ab herede mariti alimentanda esset. Et hoc Potas et Iudex fieri faciant sine strepitu, et figura Iudicij dictis ferijs non obstantibus. Et predicta locum habeant in matrimonijs contractis, et contrahendis.

Addentes huic capitulo, quod maritus, non lucretur partem tertiam dotis, et res appreciatas nisi uxorem duxerit, vel ipse maritus ad domum uxoris accesserit ad habitandum cum ea, et heredes et possessores bonorum, et qui ad restitutionem dotium tenerentur cogantur ad alimenta prestanda mulieri. Donec de dotibus sibi fuerit integre satisfactum. R.

De divisione

De diuisione rerum comunium. Rubrica XL.

Decernimus statuentes, quod si quis habet aliquid commune cum aliquo, quod alter eorum uoluerit diuidere seu sortiri, quod Potestas, et Iudex cogat illum talem, quod comunicat ad petitionem petentis ad faciendum de ipsa re diuisionem ad penam L. librarum R. saluo de his rebus quae indiuisibiles essent, per pactum uel alia iusta causa. Et Potestas, et eius Iudex procedant in predictis summarie sine porrectione libelli et strepitu, et figura iudicij, et iuris solenniter obmissis diebus feriatis non obstantibus &c.

De iure reddendo clericis, et ecclesiasticis personis. Rubrica XLI

Prouidimus statuentes, quod clericis, et ecclesiasticis personis fiat per officiales comis Eugubii tam in agendo quam in diffendendo illud ius in ciuilibus causis, quod fit, et fieri debet Eugubinis in foro ecclesiastico, et non aliter. in criminalibus ~~[illegible]~~ uero laici offendentes clericos puniantur eo modo forma, et penis quibus D. Episcopus punit clericos delinquentes in laicos non obstante aliquo capitulo statuto supra uel infra posito. &c.

De exequtione laudorum et arbitriorum. Rubrica XLII

Statuendo prouidimus, quod omnia lauda, et arbitria mandentur executioni per officialem comis quemadmodum mandantur alia instrumenta publica ~~[illegible]~~ exequtioni secundum formam nouae legis, et non possint aliquam exceptionem opponi, nisi illa quae continentur in lege noua excepto quod si illud laudum esset petitum reduci ad arbitrium boni uiri infra X dies coram Iudice ~~[illegible]~~ illa petitione, et donec processus terminetur, non possit nec debeat exequtioni mandari, per illos officiales non obstante aliquo statuto in ~~[illegible]~~ contrarium loquente. dummodo ille qui petit dictum laudum reduci ad arbitrium boni uiri continue tempore condecenti procedat in causa alias exequtioni mandetur, ut supra est expressum.

Alex. con. 84. uol. V. et Soci. con. 220.
Et nota quod in petitione execu-tionis laudi, non sufficit opponi laudum reductionem petitum, sed debet opponi eius pectus et ordinaria actio. Bal. in l. fin. C. de ord. cog. Alex. in l. aliud ff. qui app. sit. Nisi pars fuerit prius plationi laudi, ne lecet elapsum biennium.

De prescriptione XV opponeda annorum creditori. Rubrica XLIII

Statuimus quod si quis habuit ~~[illegible]~~ uel possedit rem aliquam per se, uel suos auctores, uel auctores auctorum per tempus XV uel plurium annorum Iusto titulo, ~~uel plurium annorum~~. Et de ea re fuerit sibi mota lis, uel questio in curia comis Eugubii uel mota sit, uel imposterum moueberetur talis mouens ab aliquo officiali comis Eugubii non audiatur. Hoc lochum habeat in pendentibus preteritis et futuris, et hoc non preiudicet minoribus XV 25 ann. nec in rebus dotalibus, uel obligatis pro dote. Hoc addito, quod ad petitionem cuiuscunque petentis eiusque interuenit Iudex coram quo eundem talem possidentem aliquid peteret statim hoc probato se non esse in causa Iudicem pronuntiare debeat ad penam C librarum R. Et si quid fecerit super ipsa causa sit irritum, et inane, et non ualeat ipso iure. &c.

An per tale stat. tollat prescriptio minoris temporis ut X an. inter presentes [illegible] sed tollit illa quae est maioris temporis ut 30 uel 40 ann. ut Paul. de cast. in con. 296. Pro hoc facit quod statut. quod loquitur post 15 an. [illegible] ad eum audiendum non tollit nec tollere intelligitur ordinarium remedium et sic prescriptionem decennalem ita Bal. in aut. in l. plane ff. quod fal. tut. aut.

Hic non requiritur bona fides sed [illegible] ut glo. in c. 769. uers. sed quando [illegible] procedat. et restringit tempus annorum et maiores datam a [illegible] tollit remedium can. restitutio in integrum. Tollenet remedium restitutionis in integrum, quod competeret ex capite ignorantiae [illegible] uigilant. et Par. eodem [illegible] prescriptio. Sed quia stricte, non tollit remedium extraordinarium. Aug. con. 109.

De Aduocato

34

De Aduocatis Procuratore dando petentibus Rca. IV.

Statuimus et ordinamus, qd ad hoc ut unusquisque melius [illegible] Aduocatis procurat. qd Potas, et Capita et coeteri officiales comis [illegible] teneantur et debeant satisfieri facere unicuique aduocato, et Procurat. de eorum salario secund. qd eis uel [illegible] eorum uedebit conuenire habita considerat. causa, et facultat. Aduor. et procurat. et hoc faciant sine strepitu, et figura Iudicij diebus feriatis nõ obstant., et qd nullus sit audax offendere aliquem Aduocatum, uel procurat. occasione aduocationis uel procurationis. Et si quis contra fecerit poena duplum soluere teneat., et qd sit offensus occasione predicta sufficiat fama publica. Dummodo maturum probetur secund formam statuti dicte Ciuitatis. Hoc addito qd D. Pot. et Cap. et turris et quilibet eorum in suo officio, teneantur, et debeant dare Aduocat. seu procurat. cuilibz petenti, et ipsum, uel ipsos cogere realiter, et psonaliter ad dicta aduocationem faciendam nisi aduocat. haret iustam causam, quae causa utrum sit Iuxta uel nõ remaneat impudentia D. Pot. uel cap. et idem seruetur in Procurat. uel prosecutoribz &c.

Ad hoc uide decr. sen. m.

Quod minores (maiores) XIV ann. et mulieres possint esse in Iudicio criminali sine consenu pris., Curatoris, et mariti. Rca. XLV

Prouidimus statuentes, qd minores (maiores) XIV ann. possint esse in Iudicio, in criminalibus causis etiam si sint in ptate patris uel etiam Curat. Et idem intelligatur in mulieribus maritat. non obstante qd non intercedat patris, uel curat. uel marit. consensus. Et tamen nulla Mulier maritata possit aliquem accusare sine consensu Mariti.

Dicimus etiam qd Mulieres non obstante qd sint mulieres possint testim. ferre in causis criminalibus si aliud nõ obstat. &c.

Sanct. in c. qm falsa. uer. etiam col. 2. uer. 2o. [illegible] mulier.

De decimis soluendis in causis ciuilibus. &c. Rca. XLVI

Ordinamus qd in diffinitiuis sententijs condennat. &c.

Addimus, qd, quilibz Iudex in suo officio reuocare debeat [illegible] sine decimo, et salario non obstantibus ferijs

Et in questionibus dotium feria nõ obstante &c.

De Renunciatione fienda denuntijs debitorum. Rca. XLI

Quod condennatus pro debito satisfaciens creditori soluat V pro cento tm. Rca. XLII.

De exceptione datij non soluti &c Rca. XLIII

Qd non currat tempus in ea cuius Aduocat., uel procurat. in seruitio comis. Rca. L

De salarijs actor. caria, et contractibu, et aliar. scripturar. Rca. LI De [illegible]

De questionibus

De questionibus uertentibus inter coniunctos R.ca lii.

Statuimus et ordinamus quod si aliqua questio, controuersia, aut molestia, seu contentio esset inter coniunctos, quod dominus Potestas, et Iudex cogat dictas partes ad eligendum proximiores consanguineos, uel coniunctos, ubi non sunt consang. uel alios communes amicos Ambabus partibus, non suspectos de quibus concordauerint ipsae partes ad petitionem cuiuscumque ipsarum, qui dictas causas, controuersias, seu molestias decidant et terminent, sine strepitu, et figura iudicij, et omni modo iure quibus melius eis uidebitur. Et quod Potestas, et Iudex cogant ratione et per dictos consanguineos, uel coniunctos, uel amicos communes sic electos. Ad decidendum dictas questiones, controuersias, et causas. Et cogat Potestas, et Iudex predictos ratione, et per ad obseruandum ea, quae fuerint determinata, et decisa per dictos consanguineos, et coniunctos, uel amicos. Et predicta lochum non habeant in illis casibus ubi essent instrumenta publica inter partes non suspecta, statuto uel ordinato aliquo non obstante. Et hoc lochum habeat inter coniunctas personas uel consanguineos, usque in tertium gradum Inclusiue. Hoc addito quod predicta ~~commissionis~~ compromissi petitio in consanguineos, coniunctos, uel amicos lochum non habeat postquam litis contestatio facta fuerit, uel datus terminus, ad probandum in ea.

Iudex non debet admittere compromissum inter tales personas nisi prius probet consanguinei. l. de crimine et publicorum. l. gaccus non post.

Pas. in for. lib. quod agit. ad petitionem comp. gl. occas. eiusd. lit. et quest.

De causis appellationum contradictarum, et militum R.ca liii

Vt quisque qui grauabitur in posterum in causis ciuilibus per Potestatem uel alios officiales Comunis Lug. remedium, ex grauationis ipsi ueniant presenti statuto decernimus, quod quicumque fuerit grauatus per diffinitiuam sententiam in causis ciuilibus appellare possit ad dominum Potestatem Ciuitatis Lug. Et ipse dominus Potestas appellatore uel appellato petente causam appellationis committat et aduersario non uocato, unis ex Iudicibus suis cognoscendam, et terminandam infra IV menses, a die appellationis interposite computandos diebus feriatis non obstantibus. Et si a dicto Iudice contingerit appellari ipsam causam Potestas predictus alterius Iudici suo infra dictum tempus similiter terminandam modo predicto committat.

Et idem dicimus in sententijs diffinitiuis latis per aliquem ex Iudicibus maioribus comunis Lug. ut uz ipsam causam appellationis primae, et secundo, ut dictum est in Iudicum cognoscendam et terminandam committat modo predicto, et infra tempus predictum.

Et si ea appellationum non fuerit infra dictorum IV Mensium spatium terminata in suo robore permaneat sententia supra dicta et contra condemnatos ratione et per exequtioni mandeatur.

36

quoad Iudicē unde . sed m. angel . in uer. Iudex . f. 23 .

mandetur. Et si p. Iudicem steterit comdemn in l. ttri Rp et eo casu non currant interim tempora dictæ causæ. Si uero in causa ciuili aliqs grauaretur atr qz per diffinitiuam sententiam posit apllare ad dictu Dominu Potem. Et commissio et diffinitio fiat in omnibus, et p oia, ut superius, est expressu. Saluo qd tunc causa ipsa apllationis debeat terminari infra mense a die apllationis interpositæ, Et si in causa predicta lata fuerit diffinitiua sententia à qua contingerit apllari ipsa apllationis causa terminetur, et infra mensem, posit et à eodem Pote ad eundem Potem apllari à grauatibus, per ipsu D. Potem in ciuilibus causis quoquo modo illatis, qui Ptas causam ipsa committat, et procedatur, ut supra. Ante uero litem contestatam in ciuilibus processibus, uel anteqz incipiat in causa procedi ad dationem test. ad proband in causis, ubi p formam Iuris, uel stat lis contestari, non debet. Nullus audiatur apllas agra uaminibus autem inferendis p Iudices minores Comis Cuj. preterq p diffinitiuam sententiam posit remissus haberi et p simplicem querelam ad Potem, et quemlibet eius Iudicem, qui predicta grauata corrigant, prout eis uisum fuerit sine process. et sententia. Si uero contradicatur laudo diffinitioni alicuius arbitij uel arbitrationis, ipsa ca contradictionis tractetur coram Iudicibus predictis domini Potem uel altero eorum, absqz alia commissione sibi fienda, per Potem, et terminetur infra IV Menses à die contradictionis. Et si tunc fuerit apllatu procedatur, ut supra. In omnibus uero causis apllatu et contradictionis procedatur simpliciter, et de plano sine strepitu. Et figura Iudicij. Quas causas apllationum et contradict dicti Iudicis, qui de ipsis cognoscent, et quilibz eoru teneantur terminare secundum consilium alicuius sapientis de collegio Iudicu Ciuitatis Cuj. et non atr. Et qd dem o dem recisu habendo de Iudicibus minoribus ad dominu Potem, et suos Iudices. Idem intelligatur in Potem et cap. castroru districtus Cuj Si grauarent aliquem in causis Ciuilibus. Hoc addito qd post decursa dicta tempora IV Mensium si quis diceret sententiam a qua apllatu e esse nullam ex aliqua causa

Nullitas nō impedit executionem sniē. Iall. ut p laurs. in repeci e. qd contra. ver. interlocutiones. 7 app̄s

causa, non differatur, nec impediatur pp hoc exquisitio dictæ sententiæ. sed si acciderit dictum condennatum obtinere in ea nullitat, exequtio predicta reuocetur cum effectu. Itaq omnia restituantur opera in eo statu in quo erant ante exequt. fact. sine aliquo process. quæ causa nullit. diffiniatur de consilio sapient. ut supra dictu ē in causa apltat. et omnis ciuilis causa nullitatis possit cognosci simpliciter et de plano sine strepitu figura Iudicij. et debeat terminari infra quatuor Menses computandos a die petitæ nullitat. porrecte, et ultra dictu tēpus nullatenus audiatur. Addimus huic capto, q. apllauerit ab aliqua sententia, uel grauatione teneatur dare libllm, siue petitionem coram Iudice apllationis in dicta causa infra XV dies a die apllationis. interpoite at si q eum steterit habeatur pro non apllato, et qd nulla apllatio uitietur pp apostolos non petitos. Addimus et huic capto declarant. qd nullus in ciuilibus causis ante diffinitiuam sententiam audiatur apllas ss omnia grauiora in quacunq parte litis illata in diffinitiua sententia, et sup apllatione ab ipsa diffinitiua sententia interposita, ueniat reconsenda. Vbi uero non expettatur diffinitiua sētētia semp a quolibz grauio posit apllari ad .d. Potem, et causa apllat. committatur et diffiniatur, et terminetur, ut ē in dicto capto continent. ~ 2

De questionibus fraternitatis S.te Mariæ. R.ca LIV

Quod officiales sedeant ad Banca Iuris bis in die, et dent copiam actorū petentibus. R.ca LV.

Statuimus et ord, qd potas, et Capit. p.r cum omnibus eorum officiales singulis diebus uenire debeant ad banchum, et ad lochum ubi ius redditur inferius in Palatio dicti comis de mane, et sero except. diebus in quibus sunt feriæ in criminalibus causis secund formam stat. sub pena XXV lbr Bo pro quolibz eorū, et qualibz die, et ibi debeant dicti Dni offe stare de mane usq ad tertias et de sero usq ad uesperas ad ius reddendum. Ita qd quilibz possit commode ipsorum officiat copiam habere Et campanarius dictus Cugi teneatur sonare singulis diebus iuridicis de mane, et post nonam ad Ius reddendum pena

XX s̄s

XX sol. pro qualibet vice quam penam socius sive miles dni Potis vel alii faci-
at in ceppum comis de facto, et officiales dicti cois, et quilibet eorum teneantur
dare copiam processuum, et actorum civilibus petent. infra secundam diem postquam
fuerit petitum ad penam x libr. sol. pro qualibet vice. Addentes huic capitulo quod dicti
Dni Potis, et eius Iudicis: tam Iudex malleficior. quam Iudex causarum civilium, et
eius not. teneantur, et debeant diebus Iuridicis de mane et sero horis congru-
is venire, et stare ad iura reddenda ad logiam novam positam in Plateam
comis Luc. ad petitionem Dnor. consr. et consul. Et quod ibi fiant bancae
expensis comis Luc. et si videbitur dnis consr., et consul. fiat quidam pons li-
gneo a Palatio dni Pot. ad logiam predictam per quem dicti officiales in eun-
do et redeundo honeste ire possint, et reverti. etc.

Quod comitantes facientes custodiam in Civitate non possit cogi pro debito. Rca. VI

Statuimus, et ordinamus, quod custodes de comitatu, qui venirent, ad custodiam Civitatis, et
faciunt sive facient dictam custodiam pro se tam in eundo, quam redeundo et stando pro pre-
dicta custodia. Potas, et eius officiales seu aliquis officialis Comis Luc. non
cogant seu cogere debeant seu possint pro aliquo debito donec faciunt, et sunt
ad dictam custodiam aliquo capitulo supra, vel infra posito non obstante et speciali
capitulo novae legis etc.

Quod reformatio rerum Emphit. et ticketar. non preiudicet creditorib. Rca. VII

Cum multi debitores. etc.

De cessione bonorum. Rca. VIII

Providimus stat. quod ordinamta. Comis Luci scripta manu ser. Leonardi cuiusdam Pe-
trioli olim not. reforat. Civitatis Luce anno Dni M.CCC.XXXII de Men-
se Iunij que loquuntur de cessione bonorum fienda per debitores, et inquantum vide decr. seq.
loquuntur de dicta matteria, et forma cess. sint rata et firma ante presetis
statutis cum hac additione videlicet quod quicumque bonis cedet in futurum secundum
formam

formam prescript. ordinamentorum scriptor. manu dicti Ser. Leonardi, non possit habere aliquod officium à com. Civitat. Eug. Et facta dicta cessione, non possit stare, nec morari in Civitate vel Comitatu Eug. nisi die cessionis, et sequentis. Et si repertus fuerit postea in Civitate, vel comitatu predictis possit capi, et detineri ad petitionem creditoris in burttis Eug. sicut prius non obst. cessione predicta si tamen satisfecerit creditoribus suis, vel cum eis in concordia fuerit, nec privatus sit pp ea officiis comis nisi tantum p x annos computandos à die cessionis predicte. Contra petentem vero se admicti ad beneficium cessionis, non possit opponi excepcio Datij nō soluti &c.

De commissione rogitor. Notarij defunctor. quibus, et quatr. comicti debeat. R. IV

Statuimus qd quilib. Not. Civitatis et districtus Eug. teneatur, et debeat intitulare oms et singulos quaternos ubi scribit contractus sive rogita sua in principio quaternor. et ponere ~~anno~~ dni et alias ~~publ~~ publicationes in principio ponendas, et in fine cuiuslib. quaterni ponere subscriptionem sive publicat. nominis sui, et signi. Et si quis petierit contractus sive rogita alicuius noti mortui in publicam formam redigi. Potas ipsos contractus, et protocolla coram se deferri faciat. Et si defunctus not. in sua ulta voluntate alicui commisserit commictat. electo, si vero not. mortuus aliquem non elegerit commictantur illi cui hres si ht. al. proximior consanguineus voluerit, et fiat dicta commissio pub.e in generali consilio. si vero protocolla, quae comicterentur non essent autenticata Potas illa coram se deferri faciat et ex iis examinari faciat. ~~faciat~~ a bonis notis Eug. et expertis et ipsa examinatione facta si invenerit a predictis notis dicta rogita debere publicatione gaudere ipsa commictere debeat potas exemplanda et in publicam forma redigenda, et postea exemplari et in publicam forma redigi possint, et restitui eis quorum interest recepta compet. mercede et pretio per eum cui commissa fuerit. Et teneat. Potas primo mense sui regiminis bann. facere, qd quicumq ht protocolla seu rogita, quae commissa non sint coram Eo debeat comparare, et siqs ht ~~et~~ nō presentaverit in ter. banni condemnetur p Potem in £ 50 Bo. Addimus etiam qd protocolla noti mortui ee dbent penes not. cui commissa fuerit vel sint nō penes alium &c.

Quod

Quod instrã confecta p non subiectos non faciant fidem. R.lx

Statuimus et ordinamus, qd nullius, qd non soluat datia et collectas comis Eug. et ad non faciat factiońs rationales aples, in Ciuitate Eug. uel comitatu. Et qui non sit subiectus iurisdictioni comis predicti possit conficere aliqd instrũ. publicu, et testamentu uel aliam publicam scripturã, qd si fecerit nõ ualeat nec faciat fidem. Et predicta lochũ habeant, quo ad non subiectos qui moram traxerint in Ciuitate, uel comitatu Eug. Et predicta Potestas p. bannitũ faciat. Et predicta lochum non habeant. Et predicta lochũ nõ habeant in officialib. forensibus comis Eug. Nec in Notis curiæ Dni Epi Eugubini.

De Mulieribus doctatis, et doctandis. Rª. lxi

Die xxii Mensis Junij.

Dni Cons. Iustitiæ et cons. Populi Ciuitatis Eugi nũo octo. Conuenientes in capella cons. Palatij cons. Bajlia potestate auctoritate, et officio a tributis et datis in eis per statuta ordinam.ta et reformationes comis Eug. et Populi Ciuitatis predictæ, quæ sunt in factis communis Ciuitatis, et districtus Eug. et omni modo Iure ea quibus melius potuerint cum sit eo q mulieres maritatæ aliqn nõ contentæ dotibus uel post mortem parentum uolunt simul cum filiis ad partes, et in eos subcessionem uenire, uel falcidia seu debita iuris et naturæ in bonis Pris uel matris petere et ob hoc multæ subsicientur discordiæ, et scandali oriuntur. Et predicta nõ consentiente æquitati. Ordinauerunt posuerunt, et firmauerunt ad Bussulas, et pallottas inter eas, et de uoluptate ipsius domini cons. et prior. eorum facto pontito per me Leonardum notm reformationũ comis predicti. et obtento p omnes, qd nulla mulier maritata uel in p. maritanda uel et eius heredes cui uel pro qua pater, mater uel fr. auus, uel patruus seu auunculus dotem dederit, uel promiserit, possit, uel debeat succedere in bonis patris, uel matris, uel aui, uel aliquid petere ratiõ falcidiæ, uel debita iure naturæ ultra dotem sibi iũ pro ea data, uel promissam uel ultra relictam sibi in testamento, uel ad dictas bona regressũ hẽre.

possit

possit tamen mulier predicta petere si quid eidem, a patre, vel Matre, vel avo
in testamento, vel alia ultima voluntate fuerit relictum, et non primo nisi
ab intestato veniret, et predicta locum non habeant tantum ad futura, et
in futuris successionibus

Require pro confirmatione, et declaratione, et extensione nostrae sive reformationis
et mulieribus dotatis, et dotandis in sequenti carta in 2º later.

Additio, et correctio L. Ubaldinae ad statuta, et ordinata dei-
tationibus, et posterioribus loquentia.

Addentes, et corrigentes legem Ubaldinam statuendo forma Quo predictis positionibus
in causa examinans primo per Iudicem particularem, et declaratis quibus po-
sitionibus debent responderi si pars erat presens, vel citata personaliter vel monita à
Iudice statuto sibi terminus ad respondendum positionibus quibus Iudex debere
responderi declaraverit termini dictum, et si contumax fuerit in responden-
do habeantur pro confessatis. Ubi vero pars non fuerit presens, aut non fuerit
personaliter citata Iudex statuat eundem terminum procuratori suo si fuerit presens
ad faciendum respondere principalem positionibus predictis, et si contu-
max fuerit, in respondendo tunc detur tenuta de bonis conveneti de
quantitate petita vel ex extimatione. Si actor fuerit ponens. Si vero
reus exibuerit ipsas positiones mittatur in possessione dictus reus de
bonis actoris pro tanta quantitate quanta fuerit quantitas petita per
actore vel ei existimatio. Et expensis. pro absente vero a Civitate co-
mitatu, et destrictu eius tempore productionis dictarum positionum possit per
procuratorem dictis positionibus responderi habita primo fide per iuramentum
procuratoris de absentia predicta, et quod malitiose se non absentaverit prin-
cipalis, et dies, vel alio modo procurator positionibus non possit respondere,
et à declaratione, per pronuntiatum predictis termini dationem, vel moni-
tione non possit per aliquem appellari, vel recursum haberi, aut petere se grava-
vari consilio sapientis, quas appellationes Iudex ad quem appellatur

debeat

debeat reicere sationes quas appellationes Iudex ad quem appellatur reicere pena XXV lib. si contrafecerit, insup dictam legem Vbaldinam. declarantes volumus statuentes quod ubicumque ipsa lege Vbaldina, uel etiam in alijs statutis uel ord. comunis Eug. in ciuilibus causis deponentibus decitur, fit mentio superat si pars conuenta uel citanda fuerit pars etc. presentia absistente nulla citatio requiratur.

Additio, et correctio statuti positi sub R.a XIX de contractibus minorum, et filiorum familias.

Statuimus de contractibus minorum, et filiorum familias, declarantes statuimus, quod ubicumque in dicto statuto fit mentio de curatore intelligatur de curatore ad negotia uel de curatore spetialiter constituto ad illum actum, quem minor facere intendit et quod religiosorum consensus, si fuerit de proximioribus consanguineis sufficiat si erunt essent laici.

Additio et correctio facta super omnibus statutis Comunis Eug. loquentibus quantum tempus ciuiles causae debeant terminari.

Vt finis litibus imponatur, et parcatur hominibus laboribus, ex expensis statuimus, et ord. quod quelibet causa ciuilis finiatur et terminetur in tempus quatuor mensium a die primi termini dati in causa ad probandum in causa incohandas, et quod Iudex potestatis, et quilibet alius Iudex, uel officiales ciuitatis comitatus et districtus eius ad primas causas ciuiles deputatus, teneatur, et debeat uinculo iuramenti ad poenam L. libr. vice qualibet qua contrafactum fuerit ipsas causas ciuiles finire, et terminare in tempus predictum de quo tempore coram sindicatus debeant speciale sindicari, eorumque processus et sententiae reuideri volumus prout de actis criminalibus est expressum, et predicta intelligantur actore, uel reo assistentibus in ea et petentibus expeditionem causae: si uero aliqua causa deuenerit ad examen successoris, uel alterius Iudicis coram quo non fuerit initiatum iudicium dicte cause, successor ipse habeat tempus quod superat predecessoris, et ultra dictum tempus habeat duos menses ad expediendam causam

supradictam

supradictam, quam si nō expedierit infra dictum tempus incurrat penam s. dictam in cāis uero presentibus, et pendentibus, teneatur Iudex qui de eis cognitionē habebit, ipsas expedire, et terminare infra tres menses, à die quo petitū fuerit per actorem, uel reū ad penā supradictā. Et si steterit per actore q cā non finiatur infra terminū pdictum statim dicto termino elapso sit et īt intelligatur ipso iure ~~fine~~ finita instantia ipsius causae. Non tamen ipsa cā seu negociū principale: Non tamen possit actō inchoare nouū Iudicium seu instantiam ipsae causae ~~nisi~~ nisi primo reo reficiat expensas legitimas, quas reus fecerit in dicta instantia iam perempta. Quae expensae debeant taxari p Iudicem corā quo actor uoluerit iudiciū reincoare, ad petitionē actoris, et dicta taxatione facta, ut noua procedat instantia uel Iudiciū sufficiat ipsaz expensaz depositio, uel consignatio facta penes eū, quem index declarauerit. Reo presente, uel citato qd ueniat, ad uidendū depositionē, uel consignationē pdcaz ~~q ex pr[illegible]~~ quas expensas Iudex causa faciat, et restitui ad petitionem petentis. &

Copia decretis declarationis, reformationis factae de mulieribus doctatis, et doctandis posita s. in precedēti carta in s. lacere

An p hoc statutū possit minui legitima, uis qn dos est minor legitima pap. in for. lib. 9o pet. Ser. ~~[illegible]~~ ee test. s. ae et acetr. uer. pen. et uer. sed cip. hoc Aret. inst. de act. s. fuerit. col. 15 uer. ulterius 129.

Veduse le lettere del nro Illmo Sigr. Duca. Considerata l'utilita di seguire la dechiaratione di detta reformatione. dechiarando, et extendendo dicta reformatione. Statuimo, che le figliuole dottate esistenti li masculi non succedino alli patri, matri, aui, et auie, ne ab intestato, ne cotra al testamento, et ch'accadendo li ascendenti paterni, et materni decedere di sopradetti. Purche condecentemente siano dottate secondo la facultà delli loro ascendenti predicti. Et che questo et habbia effetto quando tali per loro et figliuoli delle dottate, uolesseno succedere alli loro ascendenti predicti. Et che tutte le presenti cose, et ciascheduna de esse habbia luogho tanto alli casi, et tempi passati, quanto foturi, et pendenti purche nō siano finiti, per sentencia passata in cosa iudicata ò per transaccione, ò patto, e questo in ogni meglior modo. &

Ediatū

Editum anno Dni M°.D.XI° et de q. apps in lib°. reformationum ciuitati Cal. Mann. & Caroli de Accorombonis de Calli°. Cam°. dicti communis Notarij reformationum.

Decretum sup statuto l. noua circha mulieres.
Nos Franciscus Maria Feltrius de Ruere dux Vrbini, et Praefectus Vrbis ac S.R.E. Capitaneus gnalis &c

Cum saepius excitatum fuerit, an mulieres, sub statuto legis noua nrae Ciuitatis Call. comprehense dicantur, Id circo ad omnem in pmissis dubitationem sub monendum sancimus, et pnti decreto decernimus, ut dispositio dicti statuti, in omnibus, et per omnia uendicet sibi locum et actiue et passiue ad ipsas mulieres preterquam in captura personali: n. prt de iure communi concederetur, quod quid ius in dicto casu obseruari uolumus, nec derogari aliter presenti nro decreto intendimus; Quam dispositionem, et declarationem mandamus in futurum inuiolabiliter absque tam causis pendentibus q. iudicio obseruari, et ad perpetuam memoriam publicari, et registrari. C X. Call. XXVIII aplis 1510.

Additio et correctio statuti positi sub Rca. XXI de sessore dando in causis, et etiam ordinandis noui loquentis de causis appell. et null. Rca. atque in stat. 246.

Addentes et corrigentes statutum positum sub Rca. predicta, ac aliud statutum loquens loquens de consilio sapientis dando petenti in causis ciuilibus, uel non dando, et de prohibitione facta q. causae ciuiles, non expediantur, et terminentur de consilio sapientis, et de rogatione irritatione statuti loquentis de assessore dando, et petitione consilij sapientis statuentur et ord. unanimiter, et concorditer. quod quilibet Iudex in suo officio debeat dare assessorem expensis utriusque partis si simul postulauerint; Si uero altera pars partium petierit detur expensis petentis, ea saluo competenti. etsi Iudex

Lim. nd Sre. loin. qu. pnis nd habe ut dubiu de iure. Bar. in l. ille aut ille. § cu in uerbis. de leg. 3°. Lim. qn tale consiliu peteret pecuniam seu aud. diferend. Paul. Castr. cons. 70 incip. in Christi noie. lutis ponderatis Alex. con. 62. col. 2. Ias. l. i. col. 6a. in p°. ff de no. op. nu. 3°. lim. nd Sre. loin. post concl. in ca. Felin. in c. ad dilectus. col. 2. de fid. instrum.

Iudex dare neglexerit condemnetur per Sindicum communis predicti in xl. libr. ex uice qualibet, cuius assessoris, sic dati consilium debeat reddi sigillatum, et Iudici causae presentari in xv dies, a die commissionis factae.

Addentes insuper quod si ille (ad cuius petitionem datus fuerit assessor) huiusmodi pro se obtinuerit consilium teneatur, et cogatur aduersarius ei statim salarium, et expensas consilij restituere.

Declarantes quod elapsis dictis xv diebus, a die dictae commissionis computatis, ipsa commissio expiret. Et nisi consilium dictum, sic, ut, praedicitur sigillatum non fuerit presentatum Iudici causae committenti, quod ex tunc dicta commissio habeatur pro non facta, nec Iudex possit ulterius puncto super quo est facta commissio iterum recommittere sibi uel alteri assessori. preter in sententijs nullitatis, et appellationum in quibus possit fieri iterata commissio si Iudici uidebitur, et non aliter, et Iudex ex tunc procedat in causa, ut iuris fuerit non obstante commissione predicta, et etiam non obstante ~~[illegible]~~ uel nuptius fuerit impeditus. In sententijs nullitatis et appell.

Et ad tollendam fugas illorum qui pro defendenda lite malitiose, ~~uel cum~~ omni fomento ~~fomento~~ petunt consilium sapientis. Statuerunt quod quicunque in aliqua causa ciuili habuerit contra se semel consilium sapientis, uel sapientum, ulterius assessorem sibi Iudex dare non teneatur, et intelligatur habuisse consilium contra se, ille qui tale consilium seu assessorem petierit, et perlapsa xv dicta commissio expirauerit, et hoc intelligatur quantum ad concessionem, seu commissionem iterato fiendam, et non quo ad iustitiam uel instantiam puncti remissi. Contra petentes saepe consilium sapientis.

In sententijs uero diffinitiuis causae principalis, et appellationum, et nullitatum semper dari debeat ad petitionem petentis assessorem neutri parti suspectus, modo et ordine supra descriptis, quoad terminum, salarium et expensas, et refectionem expensarum et salarij. Causa uero suspectionis remaneat in bona prouidentia iudicis predicti.

Dictio Semper. de qua [illegible] denotat continuationem seu perpetuitatem. l. gaio. §. Imperat. ff. de alim. [illegible] 2 l. 1. §. 17. ff. de flum. [illegible]

Rev.me dne pro conseruatione [illegible] Ciuitatis et districtus [illegible] que facilius per mas

46

per masculos q per feminas conservantur, et augentur placeat B.me
B. V. in forma vallida pro quiete ex omnium parte providere, decer-
nere, et declarare q.d deceden. filiis seu nepotibus ex personis frum
ab intest.o existen. aliis filiis seu nepotibus sorores eor. dotatae seu
dotan., illis vel illi nullaten. succedat. nec aliqua ratione, in bonis he-
reditat. dicto frum seu Nepotum aliquid petere, exigere, vel con-
sequi possint, sed debeant remanere tacite, et contente eum do-
tibus à parentibus habitis et si dotatae non forent dotent. ab iis
qui dotari tenentur iuxta dispositionem Iuris comis, et ad ad ipsa
admictantur sed devenire debeant ad alios fres seu filios frum
decedentium vel decedentis, et predicta lochu habeant ad casus
futuros ex alio casu de quibus mentio facta nd foret seu mo
aliquo successio ipsa petita noie ipsar. sororu succedentiu. Quae
de cetero amplius peti nd possint, nec valeant placeat ... q. ad fiat ...

Incipit liber

Incipit liber siue tractatus malliorum de modo et forma
seruandis in citationibus fiendis in causis malliorum. R.ca I

Vt in citationibus fiendis, in criminalibus causis nulla fraus, et in posterum comittatur.
Statuimus quod si quando contra aliquem de Ciuitate Lug. uel Burgi, siue
habitatorem in dicta Ciuitate, uel Burgis procedi contingat per accusationem
uel inquisitionem uel denumptiationem occasione delicti malli, uel excessus. Tunc Iudex
uel officialis, qui de causa cognoscet faciat eum citari per Baiulum comunis Lug.
qui Baiulus portet cedulam inscriptionem continentem nomen Iudicis, uel officii
mittentis, et citari facientis, et nomen citandi, et causam quare citatur.
et siquidem Baiulus predictus personaliter inuenerit illum quem citari
debet, assignet, et tradet, et cedulam predictam, et secundum formam
dictæ cedulæ citet eum personaliter presentibus duobus testibus maioribus XIV annis,
si autem reus personaliter inuentus non fuerit, tunc Baiulus predictus citet
eum ad domum sollite habitationis, et ad dictam domum, dictam
cedulam dimittat presentibus duobus testibus maioribus XIV annis, et
uicinis domui subiectæ, si autem citatio fiat in districtu, uel comitatu
Lug. tunc citatio fiat, in omnibus, et per omnia, pro ut superius est
expressum saluo quod quando in comitatu ille, qui citandus esset non in-
Et si contingerit extimatores non fore concordes tunc tertium extimatorem apponatur per Potatem vel Iudicem et sufficiat duorum extimatorum concordia et secundum eorum concordia procedatur ad extimationem et datio in solutum fiat per modum superius anotatum.

Sin creditor nō voluit dictam tenutam et voluerit quod vendatur tunc subastetur modo predicto et plus offerenti detur reservato regressu creditori contra alia bona debitoris

Salvo quod reus veniens infra annum quandocumque possit recuperare rem datam in solutum soluto debito et expensis

Reptimi

Legitimis restitutis et potas et Iudex teneatur sibi res-
titui facere non obstante datione in solutum
Hoc addito quod si aliquis petat aliquam rem tamquam suam
vel sibi obligatam vel agat petitione vel actione in rem
et per contumaciam adversarii sui habuerit tenutam predicte
rei actor statim efficiatur possessor nec locum habeat da-
tio in solutum. Si tamen reus venerit infra annum et sa-
tisfecerit expensas actori et satisdederit de iudicio
sisti res in tenuta accepta restituatur sibi
Addimus supradictis quod in tenutis que acciperentur ex for-
ma nove legis vendendis vel dandis in solutum Iudex dic-
tam solemnitatis non teneatur servare sed procedatur
summarie prout sibi videbitur Itaque creditor sine dilatione
satisfiat de suo credito et expensis

Infra quantum tempus possit citatio impugnari rub. 11

STATUIMUS et ordinamus quod si
quis contra quem data fuit tenutam opposue-
rit se non fuisse citatum possit reus infra decem dies utiles
a tempore date tenute, opponere exceptiones et dice-
re se non fuisse citatum et ab inde in antea nullatenus
audiatur

De his qui faciunt citari aliquem coram diversis iudicibus vel citationem non prosequuntur rub. 12

STATUENTES ordinamus quod si quis fece-
rit aliquem citari coram diversis Iudici-
bus ad idem, et processerit contra citatum proces-
sus non teneat nec valeat ullo modo et solvat qui cita-

tionem fierj fecit noie bamnj pro qualibet vice solidos centum
quar medietas sit cois, et alia medietas accusantis
Hoc addito q si quis una et ead causa fecerit aliquem bis i mense citarj; et citatus no fuit prosecutus cau et reus comparuerit responsurus Actorj no intelligatur actor nec audiatur i ead causa deinde ad duos annos

Quod reus in iuramento ab actore deferto iuret vel referat rub. 13

Firmamus. Statuentes q si reus noluerit iurare cum defertur sibi iuramentum a Judice vel ab actore et iuravit actor se debere, a reo recipere id q petit compellatur reus incontinenti ad solvendum actorj id quod petitum fuit, cum expensis

De modo procedendi in modicis questionibus. rub. 14

Statuentes firmamus q in cais que no excedunt summa quatraginta solidor que no sit pars maioris quantitatis vel summe unus testis sufficiat ad proband delato sacramento actori a Judice, qui heat licentia diffiniendj cas quadraginta solidor, et infra. Et audiatur actor sine porrectione libellj no obstantib aliquib ferijs
Et in questione mercedum laboris procedatur sumarie et sine streppitu & figura Iudici et dieb quibuslib etiam feriatis in quib procuratori interuenire no possit

Statuentes

Tenutas in solutum datas debeat iudex manutenere et contra turbans qua penas rub. 15

Statuentes quod potestas et Iudex teneatur et debeant tenutas legitimas et iustas vel in solutum datas a dicta curie, et ipsas a se et a suis antecessoribus datas manutenere et quod quicumque abstulerit vel turbaverit aliquem in predictis vel aliquo predictorum Potestas auferat ei pro pena xl. solidorum R. vice qualibet

Debitor debeat habere quietationem de debito de quo constat satisfactum esse 16

Ordinamus Statuentes quod siquis una vel pluribus obligationibus alicui obligatus extiterit et voluerit debitor a Creditore quietationem teneatur potestas fieri facere eidem debitori quietationem de ipsa obligatione de qua satisfecerit Creditori si apparuerit ex confessione creditoris aut probatione legitima

Pignora que non recolliguntur termino x dierum debeant vendi vel in solutum dari et qua forma hoc fiat, fallit tamen in pignoribus occasione ludi rub. 17.

Statuemus et ordinamus quod potestas teneatur recolligi facere pignora tam mobilia quam immobilia infra decem dies postquam petitum fuerit a creditore et cogere teneatur potestas et Iudex debitorem ad recolligendum dicta pignora ad voluntatem creditoris et predicta fiant summarie, et sine strepitu, et figura iudicii et si debitor non comparuerit ad recolligendum

pignus ~~[illegible]~~ uendi facere teneatur uel in solutum dari
creditori pro debito & expensis et sit in electione cre
ditoris ipsum pignus in solutum accipere uel uendi fa
cere anteq uendatur uel in solutum detur subastetur
primo per ciuitatem tribus uicibus per interualla trium dierum,
et plus offerenti detur & ipsum in solutum recipiat
creditor et talis uenditio, et in solutum datio, teneat
et ualeat ac si facta esset per debitorem; et in pignoribus
occasione ludi datis locum predicta non habeat; et nulla
tenus obseruetur

Venditio cum pacto de retinitione debeat obseruari et rub. 18.

Providemus quod si quis uendiderit
uel uendidit aliquam rem, et apparue
rit pactum de resci~~[illegible]~~ione, inter emptorem et uen
ditorem per publicum instrumentum uel alias legittimas
probationes teneatur potestas et Judex pro dicta resci
sione fieri facere infra octo dies postquam petitum fuerit
et apparuerit de dicto pacto summarie et sine strepitu
& figura iudicii et sine libelli porrectione, et sine decimo et
salario

Venditor teneatur ad defensionem rei uendite omni meliori modo rub. 19

Deliberantes statuimus quod si quis e
mit uel emerit rem aliquam ab aliquo et ei
mota fuerit lis uel questio de dicta re ipsa ten.

atur venditor tam i curia cois Eug.ⁱⁱ & in qualib. alia et corā
quocumq. delegato vel delegando, seu etiā nō delegando
in districtu Eug.ⁱⁱ vel extra districtum defendere omnib.
suis expensis, et ipsu venditorem, vel eius heredes potas
et Iudex cogant summarie sine strepitu, et figura Iu
ditij ad predicta facienda quocumq. ad voluntatem e m
ptoris vel suor heredum

Et si venditor vel sui heredes, citati fuerint q. veniant ad
deffend. rem venditam et nō comparuerint i termino assignato
Procedatur nihilominus i cā principali p Iudicem summo
do contra auctorem, semper vel eius heredes procedatur
ad faciend. eos liti offerre Nisi aliud sit actu in contractu
venditionis Et hoc etiā locum heant in permutationib.
et cambijs. et si dictus venditor nō offerreret se litem
mandatu dicti potatis vel Iudicis vel ad petitionē e m
ptoris ut dictu est condemnetur i xxv libris d. quarum
medietas sit Cois et alia partis petentis et nihilomi
nus teneatur ad omnia damna, et expensas et in
teresse illi, cui questio mota fuit

Dispositio huius statuti etiā habet lo cu quando contractus fit cū clericis vel eccl[es]iasticis Salic. in auth. cassa Abb. in c. quod clericis de foro compet. et in c. ecclesia S. Marie de constit. ubi Dec. in 258

Minor non possit contrahere sine consensu duor. & vel presentia iudicis rub. 20

Quid si non observari [illegible] tis solemnitatib. in renunciat. iuram. vid. Alex. cons. 125 vol. i. et Sab. Nicol. cons. 5: n. 14 de iuramento.

Providentes statuimus & si quis
xxv annis minor voluerit aliquē contractu
vel obligationem facere cum aliquo non possit nisi pre
sentib. et volentib. duob. ex consanguineis masculis et
proximiorib. dictis Minoribus et si aliter fieret con
tractus non valeat nec teneat ullo modo Nec obligatio

Et hoc intelligatur de minoribus nō habentibus curatorem. Si uero curatorem habuerint, cum auctoritate curatoris uel Judicis nō obstante si consanguinei presentes non fuerint, sed sufficiat auctoritas Judicis curatoris uel curatoris consensus.

Et si predicta solemnitas seruata nō fuerit ut supra dictum est in dictis contractibus lex noua nō uendicet sibi locum et hoc locum habeat in preteritis et futuris et in ipsis contractibus et obligationibus Minor semper Jurare debeat nō uenire contra uel facere occasione minoris etatis

Hoc addito huic capitolo quod minores possint se obligare usque in quantitate centum solidorum [illegible] et nō ultra sine predicta solemnitate

Addentes etiam presenti capitulo quod filius minor xxx annorum existens in potestate patris non possit se obligare uel aliquem contractum facere sine presentia et consensu sui patris et si faceret uel se obligaret, nō ualeat ullo modo

Dic quod si pater postea ratificet est nullus pro filio sufficit. Rota decisio 797. n. 3. par. 1. [illegible]

Curatus minorum de quo in statuto intelligitur [illegible] non ad illum actum [illegible] et religiosorum consanguineorum [illegible] si sint laici

Statutum de contractibus Minorum et filiorum familias declarantes statuimus quod ubicumque in dicto statuto fit mentio de curatore intelligatur de curatore ad negotia uel de curatore specialiter constituto ad illum actum quem minor facere intendit Et quod religiosorum consensus si fuerit de proximioribus consanguineis sufficiat ac si essent layci.

Quod iudex debeat dare assessorem [illegible] partis [illegible]

21

Statuimus quod quibus Judex in suo officio debeat dare assessorem expensis utriusque partis

si simul postulauerint, et si una pars postulauerit altera uero nõ recipiat[r] expensis petentis, cum salario competenti

Et si Judex sic dare neglexerit assessorem puniatur uice qualibet per s[in]dicum Cõis dicti, in decem libris [?] et teneatur Judex cuj consultor commissum fuit, reddere, et ferre consilium sup causa sibi cõmmissa infra quindecim dies a die commissionis sibi factae computandos ad penam decem librar. [?]. in quib[us] potatem debeat condemnari

Addimus q[uod] nulli assessorj, detur salarium nisi primo restituito consilio sigillato uel publicato super puncto, sibi c[on]misso ad dictã penam.

Volumus insuper addentes q[uod] si ille ad cuius petitionem datus fuit assessor, habuit pro se c[on]silio teneatur et cogatur aduersarius, ei statim salarium et expensas restituere c[on]silij

Addentes predictis q[uod] si assessor cuj commissum fuerit c[on]silium nõ c[on]suluisset super puncto sibi c[on]misso infra xv dies ut dictum est elapsis 15 dictis dieb[us] commissio expiret, et Judex teneat[r] punctum commissum iterum c[on]mittere eid[em] uel alterj assessorj preterq[uam] insutijs nullitatis et contradict[orum] nec ipse assessor uel consultor se possit ulterius intromictere. sed Judex ex tunc procedat in ca[usa] ut iuris fuit nõ obstante c[on]mission[e] predicta et etiã nõ obstante, si consultor fuit impeditus

Et ad tollen[dum] fugas illor[um], qui pro differenda lite maliciose sup omni puncto petient c[on]silium sapientis

Statuimus q[uod] quicumque in aliqua ca[usa] habuit c[on]tra se duo consilia sapientis, uel sapientum ulterius in dicta ca[usa] ad sua petitionem Judex assessorem dare

nō teneatur uel commissionē facer, postq̄ in ẽmijs diffi=
nitiuis ferendis in eā nullitꝫ apellatꝫ et contradictꝫ
fuit; et computetur ĩ nũo duarꝫ commissionum etiā illa
commissio que p lapsum dictorꝫ ẽꝫ dierum expirauit con=
tra illū, qui eam petierit.

q' bona banitis obligata dent creditori donec fuerit satisfactus 22

ORDINAMUS quod si quis est uel
fuerit exbampenitus in futurum pro aliquo mal=
lefitio et eius bona essent pro debbito obligata et alijs
debitis ueris et non futuris hoāt ille cui obligata sunt
detentionem bonorꝫ usq̄ ad plenam satisfactione m
dictorꝫ debitorꝫ tam dotium quā aliorꝫ et potꝫ
nō debeat illos uel illum in dictis bonis uel ip=
sorum altero molestare uel molestarj facere et
si cōtrafecerit perdat de suo salario decem libras
Ꝙ. et nō ualeat q p eū factū fuit contra predicta

Venditor cui precium non est solutum potest sibi retinere rē uenditā et eius fructus
lucrari q̄ debeat preferri omnibꝫ alijs creditoribꝫ etiā anterioribꝫ rub. 23.

STATUIMUS et ordinamus q̄ si quis
uendidit uel uendiderit in futurum res ali=
quas, de quibꝫ precium nō sit solutum liceat uendi

tor[is] tenere rem venditam loco pignoris donec de precio fuerit ubi integre satisfactum et interim lucretur fructus

Addimus etiam quod venditor pro pretio rei vendite preferatur in ipsa revenditanda, et tenenda omnibus creditoribus emptoris etiam anterioribus tempore usque ad integram satisfactionem pretii

Compromissum nullum duret ultra sex menses, et arbitris non concordantibus tertius eligatur — rub. 24

Providimus quod nullum compromissum duret ultra sex menses, et ultra sex menses Arbitrator vel arbiter nullam habeat Iurisdictionem seu licentiam arbitrandi seu diffiniendi, et si non concordaverint arbitri seu arbitratores cogantur partes per potestatem vel Iudicem ad ponendum tertium realiter et personaliter Ita quod tertius omnino ponatur

Petens aliquid de bonis exbannitorum vel condemnatorum comunis Eugubii coram Iudice Syndico petat — rub. 25

Statuimus quod quandocumque contingerit quod in bonis exbampnitorum vel condempnatorum vel positorum pro debitoribus comunis Eugubii immobilibus peteretur dignum aliud coram Iudice, Petatur vocato sindico comunis ad hoc, qui eam ipsam defendat et Potestas

174

examinatis iuribus petentis de consilio suo Iudicum ipsam cam decidat et aliter super hijs pronumptiari nō possit

Excipiens contra procuratorem uel mandatum et non probans termino assig.° condempnetur in expensis rub. 26

Ordinamus quod si quis contra procuratorem uel mandatū aliquam seu aliquas exceptiones rationabiles et probabiles abiecerit assignetur ei terminus ad eas exceptiones probandas, infra quem terminum, si nō probauit cum effectu Iudex cause condemnet excipientem in expensis factis occasione dicte exceptionis procuratori, contra quem excepsit & huiusmodi exceptione obstante, elapso dicto termino dato per Iudicem immediate nō obstante aliqua appellatione procedatur super negocio principali nō obstante si dixerit per eum nō stetisse quod nō probauit exceptiones predictas intra terminum a Iudice sibi datum

Positionibus principalis non procurator respondeat nisi uelit confiteri

Hoc addito quod nullus procurator, etiam si habeat speciale mandatum possit uel debeat respondere Positionibus aliquibus sed principalis per se omnimodo respondere teneatur nisi ipsis positionibus procurator uoluit confiterj, uel nisi aduersarius consentiret

L. ad personas egregias. ff. de iure iurand.

Si tamen fuit mulier Iudex debeat mictere notarium cause ad domum dicte Mulieris expensis ipsius mulieris si noluit uenire personaliter, et idem intelligatur in omnibus qui haberent iustam causam non ueniendi et hoc nō uendicet sibi locum, quando Dnus esset absens a Ciuitate et Comitatu Eug.{.}de cuius absentia & iusta ca

proprio Iuramento fidem faciat procurator

Iuram. calunnie non eximit a condemnatione expensarum

Haddito hoc quod Iuramentum Calunnie malicie vel veritatis non excuset aliquem in aliqua causa vel casu a condemnatione expensis.

Procurator non censeatur revocatus per comparitionem domini. Et pater constituit procuratorem in causa filij

Volumus etiam addentes quod per comparitionem domini ad causam tractandum, ad quemcumque actum comparuerit non intelligatur nec sit procurator revocatus Pater autem in causa filij et tutor vel tutrix in causa pupilli possit procuratorem ante litis contestationem constituere sic ut posset si post litis contestata fuisset et etiam fideicommissarius quandocumque possit procuratorem facere, ad ea omnia quae pertinerent ad officium commissarie & ad ea quae ipse facere posset

Insuper Addimus huic cap. declarantes quod inducto vel ostenso instrumento procurationis facto ad agendum et defendendum in causa intelligatur sic, et habeatur legiptimus procurator in causa in qua comparuit et non obstante quod prodfuit Dominus sive principali semper possit assistere cause et procedere in ea prout sibi placuit ad quemcumque actum

ferie in causis criminalibus non attendunt nisi ut infra 27.

QVANQUAM Semper opporteat ser-

uare Iustitiam que est omnium conseruatrix ad reuerentiam omnipotentis Dei et sanctorum et sanctarum eius, infrascriptos in criminalibus causis dies dumtaxat feriatos esse iubemus et uolumus Videlicet Festum Natiuitatis Domini sancti Stefani; Sancti Iohannis Euangeliste. Innocentium sancti Silvestri Circuncisionis. Pasque Epiphanie Dies ueneris sanctis Pasce resurrexionis, Dies qua celebratur officium corporis Christi Videlicet ipsa prima dies Festum sancti Vbaldi de mense madij Festum sancti Iohannis de mense Iunij quatuor festiuitates beate Marie Virginis; Videlicet Annuntiationis Assumptionis, Natiuitatis et purificationis Festum omnium sanctorum quod est in Kalendis Nouembris Festa principalia duodecim Apostolorum Festum beati Laurentij de mense Augusti omnes dies dominicos Festum penthecostes et omnes dies ueneris; saluo quod in die ueneris, nisi aliud de predictis occurrat possint ferri diffinitiue sententie in criminalibus causis

feriae in causis ciuilibus et ut infra

In Ciuilibus, uero questionibus sint ferie, omnes dies et festa, suprascripta et etiam infrascripta Videlicet festum Natiuitatis Domini cum sua uigilia Vsque ad Kalendas Ianuarij inclusiue Pascha resurre

ionis cum septem dieb. precedentib. et septem sequentib. festum pent. cum duob. sequentib. festa quatuor evangelistar. festa quatuor doctor. excelesie s. scor. Augustinj Ambrosij Gregorij et Jeronomij festum sancti VBALDI de mense Madij cum duob. dieb. precedentib. et uno sequentj festum sancti Johannis Bapte de mense Julij cum duob. diebus precedentib. et uno sequenti Dies, qua celebratur officium corporis xpi et prima dies festum sanctor. Mariani et Jacobi festu sancti Michaelis de mense septembris Sancti Martinj Episcopi sancte Caterine sancte Lucie omnes dies sabbatj post nonas ... dies quadragesimales, et alij dies, quib. Jeiunarj deb. s. dicti dies omnes post post nonas et festum conceptionis Beate Marie Virginis quod est die octauo mensis xbris Vltimi octo dies Regiminis cuiuslib. potestatis, et quo fit consilium p. filij Capitan. artiu Consilium mercantor. et de populo maioris summe si in ipso consilio fieret aliqua propos sita s. si consilium fiat ante nonas, sit dicta dies feriata ante nonas et si fieret post nonas sit feriata post nonas. et tempore fore bampniti, et de mense septenbris Excepto de hijs que aguntur d foro, uel occasione forj, et dies letaniar. usq. ad nonam et quod ipse litanie celebrantur sint etiam ferie pro messib. ab ultima die mensis Junij usq. ad festum assumptionis Beate Marie de mense Augusti et pro uinde mijs primi sexdecim dies mensis octobris

Polisa propria manu habeat uim confessionis Rub. 28

Prouidimus Statuentes q. si quis capior polizam aliquam fecerit sua manu de denarijs uel aliqua re quos alterj

teneretur dare, cā mutuj vel depositi, uel alia cā talis polliza pro confessione habeatur et vim confessionis habeat. Et omnes offitiales Cōis Eugubij in omnibus executionibus mandare ꝑm formam dicte legis ꝑ pollizijs ciuilibus alterius ꝑc illud idem intelligatur volumus obseruari.

Copia rogitum debeat dari petenti rub. 29.

Statuimus q potestas et Capitaneus et eorum Judices debeant facere dari Copiam publicam rogitor et protocollor in quibus fit mentio aliquis positi pro debbitore Cōis Eugubij a quocumq notario habente recepta competenti mercede. Et hoc fieri faciat infra quintam diem postq petitum fuit ad petitionem cuiuscumq petentis cuius interesit, vel ad petitionem Sindici Cōis Eugubij. Et de hoc stetur sacramento Notarij, si habet uel non.

Cessiones a forensibus per ciues contra ciues recipi non possint rub. 30

Prouidimus statuentes q nulla ꝑsona de Ciuitate Comitatus uel districtu Eugubij recipiat aliquam iuris cessionem ab aliquo forense contra aliquem ciuem uel districtualem Cōis Eugubij. Et qui contra fecerit puniatur

puniatur per potestatem in xxv libris denariorum & cautio, seu iuris cessio, non teneat nec valeat ullo modo. Hoc tamen non vendicet sibi locum in illis, qui fideiuxissent vel principali se obligassent pro aliquo vel cum aliquo vel districtuali Eugubino alicui forensi et soluisset debitum dicto forensi pro parte vel in totum. In quibus casibus iuris cessio fieri possit non obstantibus predictis

Addimus quod si quis receperit aliquam promissionem vel obligationem pro alliquo, Ille pro quo promissio vel obligatio recepta fuerit possit ex ea agere et petere sic ut si sibi actio, vel ius cessissent. Non obstante quod actio cessa sibi non fuit. Ille autem qui pro alio recepit non possit aliud petere, ex obligatione vel promissione predicta, Nec solutionem recipere, Nec de ea quietationem Nec aliud facere in preiudicium eius pro quo receperit Et si fecerit non valeat Nec debitor propterea liberetur

Quietatio autem facta vel fienda alicui pro altero valeat et teneat sic ut si facta fuit alicui cuius nomine recepta fuit Et ex ea liberetur, sicut si sibi facta fuit vel fuisset

Cessio iuriu non debeat fieri aliquibus de nobilibus rub. 31

Statuimus quod nullus de genere nobilium possit et debeat recipere aliquam iuris cessionem contra aliquem ciuem vel pro

pularem, sive de populo civitatis, vel districtus Eug.
Et si reciperet, nõ teneat nec valeat. Nec per talem
iuris cessionem agere possit nec coram aliquo of-
ficiale cõis Eug. audiatur in dicta cã, et ni-
chilominus cõdemnetur talis nobilis in quinquagin-
ta libris R.

Dñs arboris in terreno alieno teneatur illam vendere dño terreni. rub. 32

Providimus statuentes q siquis hēt vel ha-
buit arborem aliquam ĩ terreno alteri-
us vel partem arboris alicujus in terreno alterius ex-
istent ille cujus est dicta arbor compellatur vendere
eam iusto precio, et hoc fieri faciat potas, vel eius
iudex sine porrectione libelli, et absq aliqua iuris
solemnitate servata et ille cuius est terrenum
teneatur emere iusto precio et solvere venditori
dictũ precium. Et si nõ fuerint concordes, eligant
unum hominem vel tres de cõi concordia, qui dic-
tum precium debeat declarare.

In interdictione que fieret alicui tanquam prodigo ne se ingerat in rebus suis administrandis requiritur citatio illius Gabri. de cita. concl. i. n 188.

Furiosi mentecapti dementesq contrahere non possint. rub. 33

Ordinamus providentes q nul-
lus furiosus mente captus vel demens

possit vendere vel contrahere aut contractum aliquem fa
cere cum aliquo. Et si quis a tale emerit vel cum eo con
tractum fecerit non valeat ullo modo et pater filius et qui
libet coniunctus dicti furiosi, seu mentecapti, vel dementis
masculus vel femina, per se seu procuratorem possit petere
venditionem rescindi, et contractum cassari et quilibet reputetur
idoneus, et admictatur ad predicta. Et potestas, et eius iudex
teneatur ipsas venditiones, et contractus cassari et ir
ritari facere, infra octo dies summarie, sine strepitu
et figura iudicii et oblatione libelli; et iuris ordine non ser
vato

Hoc addito quod si quis in posterum ludendo vel aliter male
tractet vel faciat facta sua, ita quod male adviatus
merito dici possit teneatur potestas, et quilibet eius iudex
qui super hoc fuerit requisitus ad petitionem patris vel
avi, vel duorum ex proximioribus consanguineis illius
male adviati publice bampnum facere per civitatem Eugubii
quod nullus postea cartam vel obligationem faciat cum eo
vel contractum aliquem, quo facto omnes contractus
carte et obligationes que cum illo fierent sine con
sensu patris vel avi vel duorum ex proximioribus consangui
neis ipsius sint irriti ipso iure et pro non factis peni
tus habeantur. Et nullus officialis comunis Eugubii audi
at aliquem agentem vel petentem, vel excipi
entem seu se defendentem ex carta, seu obli
gatione supradictis. Non obstante quod sint sacra
mento vel alia quacumque firmitate munite ipsasque
cartas contractus et obligationes dicti potestas et iu
dex ad petitionem cuiuslibet cassari et can-

180

182

cellarj facere teneatur; et ad probandum, quod ad premissum casum vel quod aliquis male tractet vel faciat facta sua, Ita quod male aduiatus male dici possit vel quod aliquis sit pater vel auus vel de proximioribus consanguineis illius, qui dicitur male aduiatus sufficiat sacramentum eius, qui dicit se patrem vel auum vel eorum, qui dicant, se esse de proximioribus consanguineis male aduiati predicti, et quia non semper quis in proposito vel actu malefaciendi perdurat volumus quod Interdictio prefata duret per duos annos tantum a Bannimento prefato tempore computandos Possit tamen pater et auus vel consanguinej elapsis annis predictis et quando et quoties intenditur fieri facere similem interdictionem seruata tamen forma predicta per duos annos tantum, ut supradictum est quotiescumque facta fuerit duraturam in premissis uero in contractibus et cartis in quibus ipsi male auiati obligentur alicuj non autem in his in quibus aliquis obligetur eis debeant obseruarj

De hoc quod non possit testare sine consensu vid. in meo lib. i. tit 5. n 81.
Et facto testa. ubi licentia viri possit revocare et aliud facere. Decisio 147. par i. nouiss. car 29

Vxor non possit contrahere nec testare sine consensu viri. rub. 34

Statuimus et ordinamus quod nulla mulier habens uirum possit contrahere vel aliquam obligationem cum aliquo facere siue testamentum siue ultimam uo

183

statuto quod mulier non possit contrahere sine etc. vide Gabriel. concl. 2. de statut. ... com. opi. ver. stat. disponens q. mulier cav. 2. 72. Bertac. verb. statuta de con... tractibus n. 57.
... mulieris ... cu ista solennitate et fuit data auctoritas ... generaliter et ... contraheret sine alia solennitate ... L. apud et fin. ff. ex quib. cau. in pos... Alex. cons. 189 lib. 7. Alciat. de verb. signif. lib. 2 cir. fin.
An mulier ista possit adire hereditatem sine etc. vid. Cras. com. opin. § statutum quest. 21. et 22.

uoluntatem condere uel de suis bonis in alium trasferre sine consensu uiri suj nisi esset in articolo mortis et uir seu maritus esset tunc absens itaque eius consensum de facili habere non possit in quo casu tunc debeant consentire duo ex proximioribus consanguineis uiri suj et si secus fieret non ualeat ullo modo etiam si interuenerit sacramentum.

Murus communis requisitione unius socij alter cogatur reattare rub. 35.

Ordinamus statuentes quod quicunque habet murum communem cum aliquo et ille uoluit reaetare Potestas seu Iudex cogat consortem ad reaetandum dictum murum itaque quilibet habeat partem suam et aliter ex consortibus uoluit murum in altum extendere et leuare, teneatur consortem requirere, ut cum eum faciat expensas communiter, et si uoluit contribuere in expensis possit propterea murum in altum eleuare, et in altum tenere quantum uoluit et aliter consortes non possit in dicto muro edificare uel aliquid imponere, uel immictere nisi primo reficiat medietatem expensarum eidem secundum extimationem unius boni uiri muratoris, Et si edificauit in muro uel in parte in cuius constructione non contribuit in expensis infra unum mensem postquam edificari ceperit et petitum fuerit dimidietatem expensarum in dicto muro factarum secundum dictam extimationem restituere debeat. et Potestas et Iudex communis predicta fieri faciat sine strepitu et figura Iudicij, et sine Decima

et expensis, et liceat utriq; parti trabes et ligna po
nere et mictere in muro comuni pro edificio et fe
nestras facere similiter ex parte sua nō tamen ista
qd prestet preiudicium alteri consorti nec alicuj
i muro comuni facere versatorium vel sedile
et si contrafecerit faciant Potas et Judex poni
fra tertia diem postq petitus fuit removerj
Addimus huic cap: q quando esset inter aliquas per
sonas aliqua discordia vel lis seu molestia oc
casione alicuius muri vel landronis Clochanē
et fossati necessarij versatorij stillicidij vel
grondarecte vel de his similibus q Judex et of
ficiali potatis teneat et debeant ad peti
tionem cuiuslibet petentis ire ad locum ubi de
quo dicta discordia esset et uidere dicta dis
cordiam sedare et terminare et sedare diffinire
de facto et fieri sine strepitu et figura Judicij et
omnj modo, et iure, quo eis uidebitur habita consilia vi
cinorum dictorum litigantium, uno quatuor ad minus
nō suspectorum alicuj partium; et ferijs nō obstan
tibus

Parciones aut capos homines de comada teneatur laborare rub. 36

P
Quidimus Statuentes
q si quis habet terras seu possessio
nes in comitatu cuiusque tuas homi
nes illius contrate vel alij qui solliti sunt
ipsas laborare noluint ipsas laborare Potas

et Iudex ad petitionem cuiuscumque petentis cogat pro=
ximiores de dicto loco ad laborandum eas bona fide secun=
dum quod communiter in dicta contrata et si neglexerint perdat de
suo salario Potestas decem libras Caturnatas.
Hoc addito quod sindici villarum seu castrorum in quibus dicte terre sunt posite
cogi debeant cum quattuor massariis per potestatem vel eius iudicem eas laborari facere
modo predicto et sindici villarum castrorumque predicta neglexerint adimplere teneantur
Damnum passo, et fructus et Interesse qui percepi potuissent de ipsis terris reficere
et hoc locum habeat tantum in [illegible] et communitatem subiacentes dicto
comuni, et solventibus Datia et collectas dummodo non habeant non habeant locum si
terre essent steriles

Promissor indemnitatis fideiussori teneatur eum liberare. Rubrica 37

Providemus quod quicumque fecit seu fece=
rit aliquam fideiussionem seu obligationem pro
aliquo ex qua fideiussione seu obligatione con=
stiterit publicum instrumentum conservationis indemnitatis
quod talis qui promiserit conservationem indemnitatis et eius
heredes teneantur et debeant talem fideiussionem vel
pro ipso obliga.. et eius heredes et bona omnino de conser
vare indemnes et ipsos absoluere et liberare et liberos
et absolutos reddere a tale fideiussione seu obliga=
tione quomodocumque qualitercumque supra petierit, Iuris so=
lemnitate obmissa et feriis non obstantibus. Et predic=
ta teneatur potestas, et omnes officiales communis Eugubii exe=
cutioni mandare ad petitionem fideiussoris contra
debitorem, pro, quo [illegible]. sicut fieret contra verum de=
bitorem ad petitionem creditoris Et si dictus talis fi=
deiussor vel sic obligatus esset vel reperiretur condem=
natus in futurum dicta de causa in aliqua pecunie qua=
titate talis condemnatio exigatur per capitaneum tantum
contra principalem et non contra fideiussorem vel sic obligatum

Vide Aret. institut. de except. in § preterea il 2°. vers°. undecimo repellitur fideiussor

186

no obstante qd nō sit scriptus, in instrumento debbiti ut. fideiuss, sed ut cō reus uel ut principalis debitor uirō instrumento observationis indemnitat, et obstento

Termini inter tenutas duorum si reperiantur curuati debeant dirizari, et ubi erunt extracti debeat remitti rub 38

Providimus statuentes qd si terminus uel termini curuati fuerint, uel curuati reperirentur inter aliquas personas, Potas et eius Judices faciant eos dirizzari, ubi reperirentur curuati, et ubi reperirent. nō esse termini uel fuissent extracti Potas et eius Judices eos immicti uel remittere facere teneat. ad petitionem petentis, ho mō sed qd eligant. duo boni homines si reperirent. uel de contrata uel aliud de per partes inter possesiones quas imicti uel remicti debent quos electos uel repertos potas et eius Judices cogat et cogere debeant ad predicto facien et si nō fuerint in concordia illi duo eligantur a dictis partibus tertius et posmodum quicquid factum fuerit per duos ex predictis sit ratum, et Potas et eius Judices predicta faciat

et facere teneant sine strepitu et figura iudicii et porrectione libelli uel declaratione alterius facienda.

de tertia parte dotium lucranda per uirum et de alimentis uxori prestandis. rub. 39

de rebus mobilib. de ... augmento dotis. uid. Bar. de iure dotis glos x. in tex do tis et correctum

quod ad de iur. com. dantur res mobiles extimatae in dotem in parte dotis, maritus tenetur extimationem restituendi. de quo uide Sil. Augst. lib. 2. n 71. car 193. fallit ut ibi

si maritus cicumit uxorem de ... sine causa non lucratur par ... te hac Surd. de alim. tit. 1. qu 32 n 25.

et non lucratur si medium uxoris in ... firmitate non adhibuit idem tit 4 qu. 6. n 10.

Ordinantes statuimus quod si uxor alicuius decesserit sine filijs ex ipsorum matrimonio natis omnes res appreciatae, quas maritus uel alius pro eo habuit in dotem et recepit uel ei promisse fuerint pro matrimonio inter eos contracto, remaneant et applicentur marito simul cum tertia parte dotis dictarum preceptarum, uel promissarum ad quas res appreciatas, et tertiam partem dotium redendarum et restituendarum illis uel illi persone, uel personis, quibus facta fuit cautio de restituendo dictas dotes, uel alijs quibus dicta dotarum restitutio fieri deberet, Maritus mulieris nullatenus teneatur. non obstante si in instrumento dotis esset promissa integra restitutio dotis nisi specialiter et expresse huic statuto renumptiatum esset a contrahentibus et hoc si dictus matrimonium diuisum non fuit aliqua iusta causa quam per mortem

Hoc addito quod soluto matrimonio per mortem mariti heredes mariti teneantur dare alimenta uxori quondam defuncti secundum qualitatem dotis usque ad dotis restitutionem et per hoc non preiudicetur mulieri si ex alia causa ab heredibus mariti alimentanda esset et hoc potestas et Iudices fieri faciant summarie sine strepitu et figura Iudicii diebus feriatis non obstantibus. Et predicta locum habeant in matrimonijs contractis et etiam contrahendis

Addentes declarantesque facientes huic capitolo quod maritus

nō lucretur tertiā partem dotis, et res appreciatas nisi
uxorem traduxerit uel ipse maritus ad domum uxo
oris accesserit ad habitand cum ea et heredes et
possessores bonor, et qui ad restitutionem dottium te-
nerentur cogant.r ad alimenta prestanda muli
erib donec de dotib sibi fuerit integre satisfac
tum

Socius cogatur diuidere rē comunem altero volente 40.

Decernimus statuentes q si quis hēt a-
liquid comune cum aliquo, q aliter eorū uo-
luerit diuidere uel sortiri q potas et Iudex co-
gant illum talem, qui comunē habet ad petitio
nem petentis ad faciend de ipsa re diuisione nō
ad penam L.ta librar B. saluo de ipsis rebus que
indiuisibiles esset per pactū uel alio iusto cā
et potas et eius iudices procedant in predictis
summarie, sine porrectione libelli strepitu et
figura Iudicii Iuris solemnitatis obmissa die-
bus feriatis nō obstantib.

Denuncians causā alicuius debiti posit ante sententiā denunciare et post unam q v. dies
rub. 41.
Statuimus deliberando q si quis demum-
tiauerit aliquem cā alicuius debiti uel

alicuius precepti facti et nõ obseruatꝫ possit denuptre renumptiari usqz ad sñiam et post sententiam infra quintam diem et ꝑ sub.[cum] instm̃ factum infra quintam diem a die cõdemnationis dummodo instm̃ post dictas quinqz dies inducat.[ur] coram D.no Cap.[no], ipsam condemnationem cancellari et aboleri facere teneat.[ur] de libris cõis
Hoc addito qd si debitor ante sñiam debitum satisfece[rit] sit cõdemnari nõ possit de spreto precepto et si tali[s] condemnatio fieret nõ ualeat et ipso iure sit nullo

Condẽnatus pro aliquo debito pecuniario si soluit aut concordat condẽnatio cancel[latur] soluta tm̃ quinta parte condẽnationis rub. 42

Ordinamus quod quicumque est uel fuit cõ[n]demnatus uel in futurum condemnabit.[ur] pro aliq.[uo] debbito pecuniario et satisfecerit creditori suo uel erit in cõcordia cum eo, quod soluendo quintam parte condemnationis predicte camerario cõis ipsa condem natio ~~…~~ de libris cõis debeat cancellari et plus soluere nullatenus teneat.[ur]

Clerici offendentes laicos et laici clericos qua pena puniantur. rub. 43.

de statuti comprehendentis personas clericorum, et ecclesias quando ualeat uide dex ubi doctores in c. ꝑ ecclesia S. Mariæ de constitut. et etiam uide que scripsi in reper. lib. 2. uer. clericus. n.°

Prouidimus statuentes quod cleri[ci]

cis et personis ecclesiasticis per officialem Ciuitatis
cuius tam in agendo quam in defendendo illud
Jus fiat in quibus causis quod fit et fieri debet
cuius in foro ecclesiastico, et non aliter In
criminalibus uero Laici offendentes in clericos
puniantur eo modo forma et pena quibus dominus
episcopus punit Clericos delinquentes in Laycos
non obstante aliquo capitolo statuto supra
uel infra posito

Lauda madens excecutioni si intra decem dies non est petita reductio ad arbitrium boni uiri rub. 44.

Item AMANDO prouidimus quod omnia
lauda, et arbitria mandentur exequutioni per officiales Communis cuius quemadmodum
mandantur alia istrumenta publica executioni secundum formam noue legis et non possit
alique exceptiones opponi Nisi ille que
continentur in lege noua. Excepto quod si
illud laudum esset petitum reduci ad arbitrium boni uiri infra decem dies coram
Judice pendente illa petitione et donec

terminet(ur) nō possit nec debeat executioni manda-
ri p(er) ~~ipsos~~ illos officiales nō obstante aliquo statuto
in contrarium loquente. Dummodo ille qui petit
dictum laudum reduci ad arbitrium boni viri q(ue)
tinue t(em)p(o)re (con)cedenti procedat in com(munita)ts executio-
ni mandet(ur) vt superius est expressum

Non audiatur qui vult agere contra prescriptionem quindecim annorum sine preiudicio tamen minorum et rebus dotalium. Rub. 45

Statuimus q(uod) si quis habuit
vel possidet rem aliquam per se
vel suos auctores, vel auctores, auctor p(er) tempus
quindecim annorum iusto titulo vel plurium an-
nor(um) et de ea re fuit sibi mota lis vel questio
in curia co(mmun)is eius vel mota sit vel in poste(rum)
moveb(itu)r q(uod) talis movens ab aliquo officiali
co(mmun)is eius nō audiatur. Et hoc locum h(ab)eat
in preteritis pendentib(us) et futuris
Et hoc nō preiudicet minori xxv annis nec
in reb(us) dotalib(us) vel obligatis pro dote; Hoc ad-
dito q(uod) ad petitionem cuiuscumq(ue) petentis cuius in-
tersit Iudex co(mmun)is, quo contra talem possidentem
aliquid peteret(ur) statim, hoc probato, se non
esse in ipsa cā, Iudex pronunctiari debeat

ad penam centum librar. R. et si quid fece-
rit sub ipsa co sit irritum et inane et non vale-
at ipso iure.

Datia solvantur per habitantes civitatis et districtus Eugub. et non solventes qua penam et practica eorundem et quid facere debeant officiales super hoc. Rubr. 46

Statuimus et ordinamus
quod si quis habitavit in civitate comitatu
vel districtu Eugubij per tempus unius anni
vel plus et non persolverit datia et collectas
imposita per comune Eugubij eo tempore quo predictus
non solvens habitavit in civitate vel comitatu
predicto non audiatur in aliquo suo iure nec in
aliqua causa civili nisi solvat datium supradictum
et etiam possit impune offendi. Nec possit per aliquem
officialem comunis Eugubij inquiri de aliqua offensa
commissa in personam eius, nec modo aliquo condemna-
ri si pro offense commisse in eum erat non sol-
vens. Exceptio autem datij non soluti in qualibet causa
et quocumque modo possit opponi et opposita probe-
tur. Hoc non tantum, quod si is contra quem oppo-
nitur vel caput familie sue, sive vivat sive decesserit
reperiatur scriptus in appasa sive libro extimi

cois eugubij, debeat per opponentem ostendi ipsum
uel caput predictum esse positum & scriptum inter non
solventes datia, et in libro, seu libris non soluentiu
datia Cois Eugubij predicti, quo facta habeat dicta
exceptio pro probata etiam si nihil de habitatione da
tiorum impositione, hoc casu probauit sinero ille co
tra quem exceptio predicta opponitur, non sit scrip
tus in libro extimi supradicto, Nec caput eius fa mi
lie presumatur datia non soluisse et dicta exceptio
sit eo ipso probata si probauit habitationem predic
tam. Nec possit dictam exceptio probari per
confessionem partis aduerse In Criminalibus casis saluo
quod non possit in dictum uel in dictos datia non sol
uentes aliquod malum impune committi cuius pena sim
pla, et orriginalis sit xxv libr R. uel ab inde su
pra sed in dicto casu possit contra malefactorem
de mattio inquiri et procedi et etiam eo condennari
non obstante exceptione predicta. Si quis autem
dictam exceptionem in causa Ciuili proposuit et non proba
uerit per modum supradictum intra quinque dies post
quam proposuit eam die inquam proponitur non computa
ta uel infra pauciores Iudicis eius arbitrio si ei
uidebitur moderandum auferat sibi de facto, sine strepi
tu et figura Iudicij Iudex eius xxxx sol. R. quos sol
ui faciat Cam. Cois et in causa procedat prout iuste fuerit

194

opponentem de expensis legitimis, alteri parti condempnandis. In criminalibus uero causis proponatur et probetur infra tempus defensionis exceptio supradicta. Et capitaneus predictus, qui pro tempore erit, et qui est teneatur et debeat uinculo iuramenti facere scribi uni ex notarijs suis, pecudinis seu membranis omnes et singulos non soluentes datia, seu datium unum uel plura imposita per comune Eugubij tempore sui regiminis, et assignare ipsos non soluentes dominis Confalonerio et consultis sub pena centum librarum R. sibi auferenda per sindicum comunis Eugubij. Et de hoc debeat specialiter sindicari. Et predicta omnia teneatur et debeat iurare capitaneus predictus. Et quod notarius capitanei qui pro tempore fuit teneatur uinculo iuramenti scribere in libro suis libris actorum suorum omnia bampnimenta datiorum suo tempore fienda et non .. reformatis scribere debeat omnes impositas datiorum sub pena predicta. Additur quod si probata fuit dicta exceptio contra aliquem in causa criminali quod dominus potestas de facto auferat a tali contra quem dicta exceptio probata fuit xl. solidos R.

ARCHIVIO